de corde meo in quo habitat vocē
me **Nico.** ſua grãcia mihi dã
am do liberationem et
clamor meus qui ex corde procedit
in ↄſpectu eius introiuit in aures
eius. loquitur de deo more huma
no quo clamor petentis introiē in
aures poſtulantis dĩ: qñ eiuſ ora
tio exaudit. Deinde oñdit que fa
cta ſunt tpe incarnacōis dñice. d.
Commota eſt et cōtremuit t̃ra.
**Colle.** In primo aduentu do
mini terra. i. peccatoēs
terreni cōmoti ſũt corde ad pñaz
p predicacōnem xp̃i a contremue
rũt exterius ꝑ peccatis ſuis flētes
**Jer.** quando de infidelitate ad fi
dem venerunt a de terrenis
credentibuſ factū eſt celū. fundamē
ta moncium. i. ſpes a preſũptiones
ſupboꝝ. ſ. diuicie honores ceteraqꝫ
humana q̃buſ illi detenti velut fũ
damētis ↄſtãtibus innitunt̃. hec
oia cōturbata ſunt a ↄmota ſũt.
**Gloſa** Vt iam ſpes mũdi
non habeat funda
mentum in cordibus hoim Et red
dit cãm quare ↄmota ſunt. d. qm̃
iratus eſt eis. ſ. dñs xp̃e humana
pctã que dño ꝑ **Augꝰ** Aſcē
bãtur exoſa. dit ſu
mus id ē lacrimoſa de peccatis pe
niten. **Jero** Que conficitur ex
tiuz. cōpunctōe cordis
et lacrimarum fonte ſicut fumus
cauſatur ex igne a aqua. Et addit
in ira hoc eſt pre timore ire eius p
q̃m minat̃ deus impijſ eterna ſup
pli **Caſſi** a poſtea ignis. i. ca
cia ritas dei: virtutũ ꝑ
greſſibus creſcens. a facie eius id
eſt a noticia eius. exarſit qm̃ ipiꝰ
illuminatione caritas conceditur
eis qui peccata derelinquũt carbo
nes ſuccenſi ſunt Carbones vo ſuc
cenſos peccatores dicit qui velut
carbones mortui ab igne boni deſi
derij frigidi in mundi iſtius cecita
te tenebrantur. ſed iterũ penitẽ
tia inflãmãte reuiuiſcũt ab eo. i. ve
niente domino Quō autē venit cō
ſequēter ſbdit. d. Inclinauit celos
**Jero** Celi. i. ãgeli inclinati ſũt
quando gabriel ad ma
riam venit a ſtatim deſcendit chri
ſtus i carne formã ſerui accipiēs.
**Caſſi** Et caligo id eſt dyabo
lus qui mētes hominũ
innubilat duz veritatis ſplendorē
non pmittit videre quos poſſidet.
et hic dyabolus eſt ſub pedibus
eius quia domini ſaluatoris pote
ſtate calcatur Et ipſe qui deſcēdit
aſcendit ſup cherubin Cherubin i
terpretatur plenitudo ſciētie. aſcē
dit ergo ſuper cherubin id eſt ſu
pra q̃p noſter intellectus poſſit cō
prehendere quãdo videntibus apo
ſtolis ad celorum regna conſcen
dit. Que eniz creatura preualeat
tanti ſecreti attingere archanum

ꝙ carnem terrenã in eterna celo rum gloria collocauit. Et fecit eã creaturis omnibus adorabilemq̄ terrenas ptulit paſſiones. Sequi tur et vo
Gre
lauit. xvii. libro mo raliū. Quia lon ge in altū ab intellectu noſtro ſe rapuit volauit ſup pennas ventorū quia ſcientiam tranſcendit aīarū vento quippe animas figurari p velocitate ſue conditionis non in conuenienter
Nico
accipimus. Nam cogi tatiões ei9 velociſſime ſūt etiam anima inui ſibilis eſt et inuiſibilit̄ mouet cor pus ſicut ventus. et inſufflata dici tur corpori non ꝙ deus habeat os ſed ipſam inſufflauit corpi hoc eſt dedit vel
Caſſ
immiſit. Vel hec repeti cio. volauit ſu per pennas ventorum celeritatem nimiam oñdit. v. velocius vento fa ma eius p mundi ſpacia circuīt quando ipſo in cunabulis iacente magis eum ſtelle claritas nuncia uit. Quid enī dici poteſt velocius qui mox vt natus eſt in alia mun di pte conſpectus eſt et poſuit tene bras. v. miſterium incarnationis ſue quod nobis eſt tenebroſum et et obſcurum latibulum ſuū ſeip ſū dicit. v. ſecretum maieſtatis ſue vt qui in natura deitatis ſue videri non poterat ſub incarnationis ve lamine humanis conſpectibus re demptor piſſimus appareret. vel poſuit tenebras latibulum ſuum
Auguſti
v. obſcuritatē ſa cramentorum ſu orū et occultam ſpem in corde fide

liū vbi ipſe latet nō deſerens eos vnde ſubdit in circuitu eius taber naculū eius. v. cōuerſi ad ipſū ſūt in circuitu eius. et ipſe eſt ī medio eorum in quibus tanꝙ in taberna culo v in dimicantes et militantes contra vicia habitat hoc tempore Nam tabernaculum militancium eſſe dicitur. tenebroſa aqua. v. ſcri ptura obſcura eſt. in nubibus. v. in pphetis et predicatoribꝫ vbi dei
Caſ
quia ꝙuis ſe aliquis pu tat dicta eorū intellige re. ad ipſam ſicuti eſt virtutem do ctorum in totū vix poteſt peruení re ſicut dicit apoſtolus. videmus nunc per ſpeculum et in enigma te tunc facie ad faciem.
Caſſiodor9
Prefulgore. vna dictio eſt.
Hugo
v. prelucide vl' prefulgide. in conſpectu. id eſt in cognitione. eius. ſ. chriſti. nubes. id eſt apoſtoli pdicatores verbi dei. tranſierunt. mundum.
Grego
xxix. moraliū. Quia predicatores ſācti vniuerſa mundi ſpacia miraculo rum claritate percurrunt qui etiā grando et carbones ignis vocati ſunt quia et per correptionem fe riunt et per flammam caritatis ac cendunt. Ipſa quoq libera ſācto rum increpacō natura grandinis conuenienter exprimitur. Grādo enim veniens ꝑcutit liquata San cti autem viri corda audientium terrētes feriūt et blandiētes rigāt
Auguſti
Et intonuit d ce lo dominus. qꝛ de

ore iuſtorum tāq̄ de celeſtibus do
minus euangelizauit. ⁊ altiſſimꝰ
dedit vocem ſuam. vt in profundo
humanarum rerum audiremus ce
leſtia. grando et carbones ignis.
hoc ſupra expoſitum eſt. Et miſit
ſagittas ſuas. i. euangeliſtas pen
nis virtutum r̄cto itinere tranſuo
lantes. non ſuis viribus ſed eius
a quo miſſi ſunt et diſſipauit eos
ſcꝫ eos ad quos miſſi ſunt.

Caſſio. fideles recipiendo ⁊
impios abijciendo
ſicut dicit apoſtolus. Alijs ſumus
odor vite in vitam. alijs odor mor
tis in mortē.

Iero. Sācti predicatores
ſunt odor vite his
qui audiunt et non faciunt.

Caſſi. Fulgura multiplica
uit. i. mirabilia mul
ta facit que ſic corda videncium ꝑ
mouerunt queadmodum crebra
ſolent fulgura viſa terrere. Et con
turbauit eos. ſ. ꝑ predicta mira
cula. Et apparuerunt fontes aq̄
rū. i. veritates predicancium. que
fontes. i. doctrinas eterne vite ſan
ctitatis ſuo ore fundebāt. Et reue
lata ſūt fundamēta orbis terrarꝫ
i. manifeſti ſunt ꝓphete q̄ nō intel
ligebant. ſupra quos credens orbis
i. eccā fundatur. que dicitur
orbis qꝛ d̄ toto orbe colligitur. xp̄o
enī veniente patuit quod obſcuri
tas diuini eloquij tegebat.

Gloſa. hīc eſt qꝛ in die pa
ſceues illa detegunt
q̄ i tpe p̄cedēti q̄dragesime tecta fu
erūt Quo ordine hec fc̄a ſint ꝯſequē
ter ondit ꝓpheta cōuertens ſermo

nem ſuum ad deum dicēs. Ab in
crepacōne tua domine. ſacta pec
catoribus p̄ verba ꝓphetarum. Ab
inſpiratione ſpiritus ire tue. cōmi
nātis ⁊ dicentis. Niſi penitentiam
egeritis om̄es morte morienī. Jn
crepationem vero ⁊ inſpirationē
accipit chriſti predicationeꝫ qꝛ ꝑ
predicationem increpabat pecca
tores ⁊ inſpirabat vt timerēt irā
futuraꝫ. deinde ſequit̄ vox eccleſie
dicentis ad deum patrem.

Caſſi. Miſit de ſummo.
vtiqꝫ pater dominum ſaluatorem
de celo. Et accepit me. in ſponſam
Et aſſumpſit me de aq̄s multis.
i. de multitudine ꝑplorꝫ vel hoc di
cit de fontibus ſacris quādo eccle
ſia catholica multitudineꝫ filiorū
baptiſmatis regeneracōne cōqui
rit. Eripuit me de inimicis meis
fortiſſimis. i. a pſecutoribus qui
crudeliter xp̄ianum populum tor
mentis affligebant. ⁊ ab his qui
oderunt me. ſ. malis hoībus vl̄ he
reticis. quoniā ꝯfortati ſunt ſuper
me quaſi vincere poſſint. Tūc enī
eccleſia creſcere meruit quando eā
data deſup p̄tāte inimicꝰ afflixit.

Auguſti. Preuenerunt
me in die afflictio
nis mee. i. priores mihi nocuerūt
in tempore quo mortale ⁊ laborio
ſum corpus gero. Et factus eſt do
minꝰ protector meus. Et quia car
nales paciebar anguſtias. Et
eduxit me in latitudinem. ſpiritu
alem fidei.

Caſſi. Jn eccā catholica
hūc eē amorē fide
liū nullꝰ ignorat vt q̄nto plus per

ſecucionibus cõſtringitur tanto
plus fidei augmẽto dilatetur.
Glo. Eduxit ergo me ĩ latitu
dinem ſpũalem cõtra
anguſtias carnis vt me dilataret
ꝑ caritatẽ merito ⁊ numero.
Caſſio ⌊ſaluũ me fecit⌋ quĩ
me ꝑduxit ad fidem
⌊quoniam voluit me⌋ antequã ego
illum vellem quĩ me elegit q̃ gr̃is
vocat vniuerſos ſicut ipſe dicit in
euan°. Non vos me elegiſtis. ſed
ego ele- Glo ⌊Et⌋ poſtquã dedit
giuos. mihi gratis fidez
⁊ caritatem ⌊retribuet mihi dñs⌋
hic in p̃nti ⌊ſcd̃m iuſticiã meam⌋
⁊ ſcd̃m iuſticiam bone voluntatis
qui prior tribuit miam antequã ha
berem bonã voluntatem hoc eſt q̃
ꝑ ſuam miam dedit mihi bene vel
le ⌊et ſcd̃m puritatem manuũ me
arum⌋ ⁊ facto- Hugo ⌊retri
rum meorum. buet
mihi⌋ dando pſeuerancia͂ Et meri
to retribuet mihi ⌊Quia cuſtodi
ui vias Caſſio vie dñi ſunt
domini. dilectõ dei ⁊
ꝓximi ⌊nec impie geſſi⌋ iuſſa domi
ni tranſgrediẽdo ⌊a deo meo⌋ rece
dendo ⌊Quoniam omnia iudicia
eius in conſpe- Auguſti id eſt
ctu meo⌋ pre
mia iuſtorũ ⁊ penas impiorũ ⁊ fla
gella corrigendorũ ⁊ temptacões
probandorũ. pſeuerantes in ↄtem
placõne cõſidero ⌊et iuſticias eius
nõ reppuli a me⌋ Quod faciũt deſi
cientes carnis fragilitate ſuꝑati
et reuertuntur Hugo ⌊Et
ad vomitũ ſuũ ero i

maculatus cum eo⌋ quia cũ immacu
lato non potero eſſe maculatus.
quõ qui adheret deo vnus ſpũs eſt
⌊et obſeruabo me ab iniq̃tate mea⌋
i. cauebo a recidiuo peccati.
Caſſio Subtiliter bti vita de
ſcribitur qui quãdo
ſe ad aliquã gratiã domini perueniſſe
ſe cognoſcit Cauet ne iterũ iniq̃
tatis antiq̃ maculis inuodetur.
Auguſti ⌊Et⌋ ſi ꝑmanſero
immaculatus ⌊re
tribuet mihi dominus ſcd̃m iuſti
ciam meam⌋ non ſolum ꝓpter la
titudinem fidei q̃ ꝑ dilectionẽ opa
tur ſed etiam ꝓpter longitudinem
perſeuerancie retribuet mihi ⌊et
ſcd̃m puritatem manuũ⌋ i. opaci
onum mearũ ⌊in cõſpectu oculorũ
eius⌋ non quo homines vidẽt quĩ
q̃ vident tpalia ſunt. q̃ aũt aũt nõ vi
dent eterna ſũt. quo ptinet altitu
do ſpi- Colle hec q̃ premiſſa
ſcõꝝ. ſũt dicit eccã ad
excitandũ nos ⁊ ad ꝓuocandũ ad
fidẽ rectã. ſpẽ certã. opacionẽ bonã
et retributionẽ eternã Sequit
Hugo Vox ꝓphete ad xp̃m
⌊Quia ſcõ ſcũs eris⌋
tu xp̃e in tipm ſcũs es naturã Sed
cũ ſcõ ſcũs es effectiue. ſcitatez ei⁹
augmẽtando. Vñ ipſe ait Io xv.
Sine me nihil poteſtis facẽ. Cum
ſcõ igitur ⁊ cũ dño ſaluatore ipõ pre
ſtãte ſci eſſe poſſu⁹ ⌊et⌋ etiã tu xp̃e
⌊cũ viro in- Nico qui malum
nocente⌋ alijs nõ fac
⌊innocẽs eris⌋ malũ ei ñ inferẽdo
niſi forſitan malũ tpalis pene ad
purgationẽ culpe preterite vel ad

exercitium ſue pacientie q̄d cedit
ei totū ad bonū vite eterne [Et cū
electo] ad vitā eternā p̄ p̄deſtina
tione [electus eris] qꝛ elegit te om
nibꝫ terrenis [et cum
omiſſis. **Hugo** puerſo
puerteris] i. admodū p̄uertentis
te habebis qꝛ fines ip̄m p̄uti. Vn̄
amos. iij. Si erit malū in ciuitate q̄d
dn̄s nō fecerit. q̄ſi dicat n̄ erit q̄d
nō p̄mittat dn̄s fieri. Vel ſic. Cū
puerſo puerteris i. videris eis per
uer- **Jero** Cum enī dn̄s eligit
ſus. pauperes ⁊ reprobat
potentes ⁊ nobiles hoc videt̄ puer
ſum eſſe apd̄ p̄uſos. Quociēs deꝰ
facit inſtā v̄ indictā. reprehendūt illi
⁊ dicūt. Nō ē ēq̄ via dn̄i. Jde aug.
**Hugo** vel p̄t legi de quolꝫ.
Cū ſcō ſcūs eris qꝛ ex
conuictu ſepe amores formant̄ ⁊ cū
p̄uſo puerteris. qꝛ vt ad cho. xv.
dicit̄ corrūpūt bonos mores collo
quia p̄ua. Et vere cū ſcō ſcūs eris
[Quoniā tu p̄p̄lm humilē] quem
tu ſanctificaſti ⁊ qui te elegit vt di
ctum ē [ſaluū **Caſſi** cū in die
facies]. iudicij ad
dexterā tuā collocabit [⁊ oculos
ſuperborꝫ] i. puerſorꝫ [hūiliabis]
cū ad ſiniſtrā poſiti in eternā crucia
tione mittendi ſūt. Decent̄ āt poſitū
eſt oculos ſuperborꝫ hūiliabis qꝛ tā
tum arrogātes in tartari p̄fundi
tate deſcendūt. q̄ntū ſe altiora ↄtin
gere putauerūt [Quoniā tu illū̄
nas lucernā **Jero** Quid eſt lu
meam dn̄e]. cerna niſi in
tellectꝰ aīe. Sic oculi corp̄is ſi de lu
cerna exteriore nō hn̄t lumē in te
nebris non vident. Jta ⁊ intellectꝰ
aīe niſi illuminet̄ a xp̄o non videt
in tenebris huius vite ſic̄ in euan
gelio dic̄ Erat lux vera que illumi
nat omnem hominem venientem
in hunc mundum [Deus meus il
lumina tenebras meas] hoc ē ig
norantiam **Gloſa** Vt illū̄
cordis mei na nos q̄
tenebroſi ſumus ⁊ merito precor
vt me illumines [Quoniā in te.]
i. p te ⁊ non a me [eripiat] a tem
ptatōne dyaboli Deinde p̄ſonam
mutat ex gaudio dicens [et in deo
meo] hoc ē in virtute dei mei [trāſ
grediar mu **Augꝰ** Que inter
rum]. homines
et celeſtem iheruſalem peccata ↄ
ſtruxe **Gre** xxvi. moralium. Mu
runt. rus quippe eſt omē
illud quod itineri noſtro obijcit̄
ne ad eum qui diligitur tranſeat̄
ſed murum tranſgredimur cum
pre amore ſuperne patrie que in
hoc mūdo fuerit abiecta calcamꝰ
**Jero** Hunc murū edificamus
. peccata pc̄is augendo.
**gloſa** [Deus meus] dicit in
ſecunda perſona. Dein
de ad ſui commendationem ↄphe
ta mutat perſonam dicens [impol
luta via **Auguſti** Nō venit
eius]. i. homies
niſi mundauerint viam fidei qua
veniat ad eos. hinc eſt qꝛ in preci
puis ſolennitatibus templa ma
nufacta mūdantur ⁊ ornantur vt
magnus ſacerdos cum proceſſio
ne itret Jta ⁊ tu adorna thalamū
mētis operibus virtutū vt eternus

ſacerdos cum plenitudine gratia
rum ad te introeat tecꝫ paulatim
de virtute in virtutem procedere fa
ciat. Sequitur Eloquia dñi igne
tribulationis examinata vnde
pꝰ bene paciẽtes erũt vt ãnũciẽt.
**Caſ.** Addita quoqꝫ eſt generã
lis promiſſio vt animos
releuaret humanos dicẽs prote
ctor eſt omnium ſperanciũ in ſe
**Nico.** Dum tamen ſpes iſta
proueniat ex gracia ⁊
meritis Aliter enim nõ eſſet ſpes
ſed preſũpciõ. Dixi deꝰ meus ⁊ bñ
**Augusti.** Quoniaꝫ quis
deuſ preter domi
num chriſtuꝫ cui ſeruimus Aut
quis deuſ preter deum noſtrum
quem poſt bonam ſeruitutem tan
ꝙ hereditatem patam nos eius
filij poſſidebimꝰ Hoc etiam cõtra
paganorum dementiã dicitur. eo
ꝙ ſibi deos multifaria vanitate fin
xerunt Deus ꝗ precinxit. i. arma
uit me virtute vt fortis ſim
ne diffluentis ſimus cupiditatis
impediat opera ⁊ greſſus meos.
**Caſſio.** Et poſuit immacu
tam viam meaꝫ vt
nulla ſeculi ambicione mouerẽt
Qui perfecit pedes meos tanꝙ
ceruorum **Augusti** i. qui perfe
cit amorem
meum ad trãſcendenda ſpinoſa ⁊
vmbroſa implicamẽta huiꝰ ſeculi
**Iero.** Sicut cerui cuꝫ alta mõ
cium cõſcendunt calcãt
pedibus ſpinas ⁊ trãſiliũt ſiluas
ita ſancti calcant peccata et trãſili
unt impedimenta ſeculi et ſic in ſu

perna ſe ſubleuant. vnde ſubditur
Et ſuper excelſa ſtatuens me. i.
ſpem meã in celeſtibus collocauit
Qui docet manus meas ad pliũ
**Augusti.** i. q docet me ope
rari ad ſupandos
inimicos q nob includere celeſtia
regna conantur. Deinde mutat p
ſonam more pphetarum dicẽs Et
poſuiſti vt arcum ereum brachia
mea hoc eſt poſuiſti infatigabilẽ
intentionem bonorum operũ meo
rum Et dediſti mihi protectioneꝫ
ſalutis tue **Glo.** i. protexiſti me
ad ſalutem q̃a
fortitudo mea paruꝫ poſſet niſi p
tectio tua mi adeſſꝫ Et dextera tua
**Augusti** id eſt fauor gracie
tue ſuſcepit me in
cura ſua. **Colle** Et quia eoſdẽ quos
protegit et curat
aliquando vtiliter flagellat recte
ſubiunctum eſt Et diſciplina
tua correxit me in finem **Augusti.**
Correctio tua me deuiare nõ ſineſ
me direxit vt quicquid ago in eũ
finem referam quo coheretur tibi
Et diſciplina tua ipa me docebit
que ipſa tua correctio me docet ve
nire ad te. **Iero** Neceſſe eſt dum
ſumus hic nos ſub
diſciplina eſſe vñ paulus Omnis
inquit diſciplina in preſẽti nõ vide
tur eſſe gaudij ſed meroris ſed po
ſtea in futurũ reddit fructum plu
rimum. dilataſti greſſus meos ſub
tus me **Augusti** Quoniam la
tã feciſti carita
tem meam hilariter opante etiã

de his qui ſubtus me ſunt. ſ. de mor
talibus rebus et membris

**Hugo** Vt carnales affect⁹
et appetitus ſint ſb
diti michi Hec autem dilatacō fit
principaliter per tria p largitionē
elemoſinarum p delectationes ſpi
rituales quas dominus immittit
in tribulationibus. et per penitē
tiam ⌊et non ſunt infirmata veſti
gia mea⌋ id eſt opa mea que ſūt
tanq̄ veſtigia id eſt ſigna bonarū
affectionum. hoc nō poſſunt dice
re illi qui ſtatim feſſi ſunt de pma
vel de religione q̄m aſſumpſerūt.

**Jero** vero docet quomodo ve
ſtigia bone voluntatiſ nō
infirmentur dicens Semp aliq̄d
boni facito vt te dyabolus inueniat
occupatum Enumeratis omnib⁹
que neceſſaia ſunt pugnaturo p
pheta in perſona viri iuſti promit
tit ſe fortiter pugnaturum dicens
⌊Perſequar inimicos meos⌋ id
eſt affectus meos carnales ⌊et cō
prehendam illos⌋ vt conſumanē
priuſq̄ ab eis comprehendar vel
progrediantur in actum ⌊et non cō
uertar.⌋ ab hac intentione ⌊donec
deficiant⌋ mortificati Et conſequē
ter oſtendit quomodo deficiant di
cens ⌊Confringam illos⌋ p̄mos
motus carnales minutatim confi
tendo et per penitentiam mortificā
do ⌊nec poterunt ſtare⌋ ſed ⌊cadēt
ſubtus pedes meos⌋ quia prepo
nam illis amorem quibus itur in
eternitatem ⌊Et⌋ hoc totum ē ex
eo q ⌊precinxiſti⌋ id eſt armaſti
⌊me virtute ad bellum⌋ virtute viz

humilitatis contra ſupbiam. vir
tute caſtitatis contra luxuriam et
ſic de alijs quia homo predicta nō
poſſet facere per gratiam ſibi datā
niſi de⁹ cooparetur illi gracie ſcdm
illud ad roma. ix. Nō eſt volentis
neq̄ currentis ſed dei miſerentis.
Ideo ſubdit ⌊et ſupplantaſti⌋ cū nō
ego ⌊inſurgentes in me⌋ id ē con
tra me ⌊ſubtus me⌋ vt fluētia de
ſideria carnis non dominarentur
michi. Idem auguſti. Deīn de pro
pheta loquitur in perſona chriſti
de iudeis dicēs ⌊Et inimicos me
os⌋ id eſt iudeos ⌊dediſti michi dor
ſum⌋ vt conuerſi p te ſequerētur
me vt patet in paulo qui de pſecu
tore factus eſt diſcipulus et de mul
tis alijs ⌊et odi- **Auguſti.** e-
entes me⌋ q̄
in odio perdu- **Hugo** ⌊diſpdi
rauerunt diſti⌋ i-
vniuerſum orbem in qua diſperſi
one ⌊Clamauerunt nec erat qui
ſaluos faceret⌋ eos nec ad quem
libet ſed ⌊ad dominum⌋ clamaue
runt ⌊nec exaudiuit eos⌋ id eſt nō
iudicauit eos dignos exaudicio
ne. non recedentes a malicia ſua.

**Jero** Impij iudei ac heretici cla
mabunt in futuro iudi
cio ad dominū nec erit qui ſaluos
faciet eos quia quando clamauit
deus ad illos per prophetas et p
reliq̄s ſcripturas audire noluerūt.

**Auguſti.** ⌊Et comminu
am eos in pulue
rem⌋. Aridi enim ſunt non recipiē
tes ymbrem miſericordie dei vt ela
ti atq̄ inflati ſupbia Et ne putent

ſe q̄uis detritos quieſcē addidit ante faciem venti vt omni ſpe deſtituti rapiātur a ſoliditate et ſtabilitate terre vt lutum platearū delebo eos vt videlicet luxuriātes et lubricos ambulantes p latas perditionis vias. Sequitur vox chriſti ad patrē Eripies me de contradictōibus populi Qui dixerunt. Si dimittimus eum. ſic totus mundus poſt illum ibit.

Caſſi. Cōſtitues me ī caput gencium. Quod et factum eſt quoniam repulſis perfidis iudeis ad gencium fidem tranſlatis eſt. Et hoc qd dicit in caput ſignū notat fidei chriſtiane quia in fronte genciū crucis vexilla habuerunt radiare.

Augu. Populus gencium quem non cognoui i. quem corporali preſēcia nō viſitaui Seruiuit michi qa licet oculis me nō vidit. tamen in auditu auris obediuit michi quia crediderūt ī me p predicatores meos q̄s ī cepert.

Caſ. Laus iſta gencium: magna exprobratio ē iudeorum de quib9 ſubditur Filii alieni id eſt filii diaboli quibus ipſe in euangelio dicit Johānis viii. Vos ex patre dyabolo eſtis Mētiti ſunt michi quādo dicebant. Magiſter ſcimus quia a deo veniſti et in veritate viā dei doces. Mētiri enī eſt contra mentem loqui et illd lingua promere quod vnūquemq3 conſtat in animo non habere Filii alieni inueterati ſūt i peccato infidelitatis ſue Et claudicauerunt a ſemitis ſuis Claudicātes q̄ppe dicim9 eos q̄ vno pede ſūt debiles. quod iudeis accidiſſe manifeſtum eſt qui vetus teſtamentū carnaliter tenentes noui teſtamēti graciā reſpuerūt. Nec illud vacat q addidit ſuis: qui deſerentes intellectum legis non recipientes p miſſum dominum ſaluatorem ſuas tradiciones de lauandis manibus et calicibus ſecuti ſunt.

Auguſti. Calumniabantur enim dominū de manibus non lotis. quia tales erant ſemite quas ipſi fecerant et conſuetudine triuerant: aberrando ab itineribus preceptorum domini dei Sequitur vox eccleſie narrantis beneficia domini et gracias agentis et dicentis.

Jero. Viuit dñs quem i ſepulcro ſb ſignaculoꝝ poſicōe clauſerāt

Nico. Vel viuit dominus. quia eſt vita per eſſenciam et omnia viuunt in eo ſcdm q dicitur Johannis i. Quod factum ē in ipſo ſcilicet omnis creatura. in ipſo vita erat Et benedictus deus meus i. ore fideliū ſit laudatus.

Caſſio. Intelligitur enim pprie benedictus eo q ipſe omnia propicius benedicat. ſicut et viuit domin9 quia ipſe omnia viuificet Et exaltetur id eſt in toto orbe credatur. non exaltatē in ſe cum ſit magnitudinis infinite ſed in creaturis ipſum credentibus et laudantib9. et additur Deus ſalutis mee.

Auguſti. hoc n̄ frena

ꝯſuetudine deſideo ſalutis mee ſen
ciam vt terrenam ipſam ſalutem
ſed in excelſo de ipſo ſperem
**Caſſi.** Deus q̄ das vindictas
michi. in iſto mūdo p̄
uincialiter vindicatur eccleſia quā
do blaſphemi et infideles qui ante
cōtumaces extiterūt fiant illi pro
ficua deuotio **Jero.** Dedit etiam
ne ſubiecti. deus eccleſie
poteſtatem ligandi ſoluendi et di
ſciplinam faciēdi. Unde ſequitur
Et ſubdis populos ſub me liberator
meus de inimicis meis iracūdis
**Hugo** i. tirannis qui fuerūt
in primitiua eccleſia
Vel a demonibus qui iraſcuntur
qui a fragilibus hominibus ſupe
rantur. et per hoc maior eſt trium
phus hominis vincentis Et ab
inſurgentibus in me hoc eſt a p
ſecutoribus qui inſurgunt contra
me. exaltabis me quia vt dicit gre
gorius vbi maius periculum eſt in
prelio. ibi maior gloria i triūpho
**Jero.** A viro iniq̄ eripies me
hoc eſt a dyabolo de quo
dictum eſt. Inimicus homo hoc fecit
**Caſſ.** Propterea i. p̄pter illas
cauſas predictas confi
tebor tibi in nationibus domine
i. laudabo te p populos xpianos
quorum vtique lingua eccleſie vox eſt
Et nomini tuo pſalmū dicam vt la
tius innoteſces bonis opibus me
is. Pſalmus ſicut dictum ē opus
actuale ſignat. Unde opa fidelium do
dicunt grãs offerendas q̄ plus
diuinitas noſcitur exaudire q̄ vo
ces. Sequitur vox ꝓphete ad p̄rem

Magnificans ſalutes regis eius
**Auguſti.** hic eſt deus pater
q̄ magnificat me
vt admirabiles faciat ſalutes q̄s
eius filius dat credentibus.
**Jero.** Qui animas attrahit p
predicationem vt ſit la
tus credencium qui credūt in ſalu
tem regis ipſius chriſti Et ipſe de
us pater eſt faciēs i. facit mi
ſericordiam xp̄o ſuo dauid i. deo
noſtro q̄ eſt dauid i. manu fortis:
quia vicit mundum cum quo de
us pater fecit miſericordiā quādo
poſt triduum fecit ipm a mortuis
reſurgere Et ſemini eius i. xpianis
credentibus quos p euangelium ge
nuit Et iam fecit miām vſque in ſecu
lum i. in eternum ſine fine Ipſe for
tiſſimus et liberator nos ab hoc mū
do dignetur eruere et in fine ſtabilitē
p euangeliū ſuū. cui cū eterno p̄re et
ſpūſancto ē gloria et imperiū p immor
talia ſecula ſeculorum. Amen

**Celi enarrant**
gloriā. Titulus huius
pſalmi talis ē In finē pſalmus dd.
**Nico.** Beatus paulus apl's in
lege et ꝓphetis p eruditio
nem humanā et diuinam edoctus alle
gat lrām huius pſalmi dictam de publi
catione euāgelij p aplos et diſcipu
los chriſti ad rō. x. concludens ſic
Ergo fides per auditum. auditus
autem p verbum chriſti. Sed q̄d
dico Nunquid non audierunt. q̄
ſi dicat. ſic. quod probat per lrām
huius pſalmi dicens. Et quidē In om
nem terram exiuit ſonus eorum

et in fines orbis terre verba eorū
Et in fine pſ dicitur. Adiutor me⁹
et redemptor meus quod abſolu
te de chriſto intelligitur p quem
facta eſt generalis redemptio toti
us mū **Gloſa** agit ergo iſte
di. pſ de p̄mo ad
uentu chriſti p quem tirānus dy
abolus cadit et homo a peccato et
a morte abſoluitur. Cuius tituli
ſenſus talis eſt pſ iſte attribuit
dauid reſpicienti in finem id ē in
chriſtum vel in finem .i. in temp⁹
plenitudinis quod fuit tempus i
carnacōnis chriſti. De quo loqui
tur apoſtol⁹ ad galat. iiij. At vbi
venit plenitudo temporis miſit de
us filium ſuum. ꝓpheta igitur p̄mo
deſcribit euāgelij publicacōez .d.
Celi **Nico** id ē apoſtoli
. ſic dicti q̄ fu
erunt excellent illuminati ⁊ in deū
eleuati Tali modo loquendi vſus
eſt yſaias .i. Audite celi et aurib⁹
pcipe terra. Non enī alio queba
tur corpa celeſtia ⁊ terraz que ele
mentum eſt q̄ nō h̄nt ſenſum vel
intellectum ſed ſub noīe celorū al
loquebatur maiores ⁊ ſub nomīe
terre minores. Et ſic in ꝓpoſito apo
ſtoli nominant Celi enarrāt glo
riam dei quā chriſt⁹ habuit i mi
raculis ⁊ gloriaz ſue reſurrectōis
et aſcenſionis. Hec narrauerunt
apoſtoli v̄bo ſue predicationis ⁊
opa manuum eius .i. facta virtu
tum domini viz natiuitatez paſſio
nem mortem ⁊c. annūciat firma
mentum Per firmamentum in q̄
ſūt ſtelle fixe intelligitur eccleſia
quantum ad doctores ſanctos vn
de dicitur danielis .xij. Qui autez
docti fuerint fulgebūt quaſi ſplen
dor firmamenti ⁊ qui ad iuſticiam
erudiunt mltos quaſi ſtelle in p
petuas eternitates Dies diei eru
ctat verbum Per diem intelligit
nouum teſtamentū ab apoſtolis
et euangeliſtis deſcriptū Dies .i.
.i. nouum teſtamentum eructat
.i. annunciat diei .i. populo xp̄ia
no verbum incarnatum .i. xp̄m
et nox .i. vetus teſtamentū no
cti .i. populo iudeorum qui ambu
lat in tenebris indicat ſciām de
chriſti incarnatione ſicut p; yſa.
ix. Paruulus natus eſt nobis ⁊ fi
lius datus eſt nobis ⁊ vocabitur
nomen eius ammirabilis: deus
conſiliarius fortis. in quo oſten
ditur humanitas chriſti et eius
diuini **Caſſi** Vel dies diei eru
tas. ctat verbum. qū
dominus loquebatur apoſtolis
Ipſa enim diuina claritate irradi
ans apoſtol: cordib⁹ puriſſimis
verba celeſtis luminis intimabat
Eructabat eniz verbū cum de imis
penetrabilibus ſermones in ſan
ctorum noticiam pducebat. Nox
autem nocti indicat ſcientiam qū
iudas chriſtū iudeis prodidit ac
tradidit occidendū dicens. Quem
oſculatus fuero ipſe eſt tenete eū
Judicare enim ptinet ad prodicō
nem. Idem **Nico** Nō ſunt
Jeronimus . loquele ne
q̄ ſermones quorum non audian
tur voces eorum. quia apoſtoli p̄
dicabāt liguis oīz genciū euāgeliū

chriſti. vt h̄r̄ in actu. ij. In om̄em
terram exiuit ſonus eorum. et in
fines orbis terre verba eorum. i.
predicationes eoꝝ quia viuēte be
ato petro apoſtolo fides xp̄i predi
cata eſt vſqꝫ in franciam que eſt
in vltimo climate verſus occidentē.
vn̄a zenois fundata ē eccleſia in
nomine beati petri viui qꝛ ipſo vi
uente cōſecrata eſt. Cum igit̄ apo
ſtoli alijqꝫ xp̄i diſcipuli exierunt
de iheruſalem ad publicandū euā
geliū p orbē ſcd̄m qꝫ habet̄ actu. i.
Eritis mihi teſtes in iheruſalem ꝛ
in omni iudea ꝛ ſamaria ꝛ vſqꝫ ad
vltimum terre. Iheruſalem āt ſita
eſt in medio climate. Et ideo ſicut
euangeliū publicatū eſt viuente
petro vſqꝫ ad vltimum clima x̄ ſuſ
occidentē. Ita itelligendū eſt v̄ ſuſ
alias ptes mundi. Deinde ab apo
ſtolis tranſit ad pſonam dn̄i oſ̄
dens quā dei gloriā iſti celi enarra
uerunt. ſ. diſpenſationē incarnaci
onis ſue vn̄ dicit. In ſole poſuit
tabernaculū ſuū. i. in beata virgi
nem que nominat̄ ſol ꝓpter pleni
tudinem gracie.

**Iheronimus**

Chriſtus dicitur ſol iuſticie ꝛ ma
ria interpretatur ſtella maris. Il
luminauit ſol ſtellam id eſt mari
am vt eſſet ſicut ſol. Ideo poſuit ta
bernaculum ſuū in ſole qn̄ corpus
aſſumpſit de vtero ſuo.

**Hugo**

ꝓpt̄ qd̄ in pſo
na b̄te virgis dicit̄ eccle. xxiiij. Qui
creauit me requieuit in taberna cu
lo meo. et ipſe tanq̄ ſponſus.

**Ieronimus** Verbum patris
eſt ſponſus ſic̄ dictus a ſpondendo
quia totiens ꝓmiſſus ē p ꝓphas
Et caro humana ſpōſa ē cuꝫ qua erat
procedens de thalamo ſuo. hoc eſt
de vtero virginis. Exultauit. q a
nō inuitus ſed hylaris venit. vt
gigas. i. ſicut fortiſſimus qui alli
gauit fortem. i. dyabolum et vaſa
eius qꝛ nos ſum⁹ diripuit. ad cur
rendam viam preſentis vite.

**Caſſio**

Quia nō ſtetit in via
peccatorū ſed tanq̄
debellator⁹ diaboli cucurrit. Quo
modo hoc. ſ. qꝛ chriſt⁹ homo natuſ
eſt. ꝛ creuit. docuit. paſſus ē. reſur
rexit. aſcēdit ad celos. ſedet ad dex
teram dei patris.

**Colle**

Et nos eius ex
emplo non de
bemus in hoc mundo querere qui
etem ſed currere ſicut pegrini trā
ſeuntes viaꝫ huius vite vt ad illā
quietem poſſimus peruenire vbi
chriſtus ſedet ad dexteram dei pa
tris. Vis audiē quantum currit.

**Nicolaus**

A ſūmo celo
egreſſio ei⁹.
ad ſuſceptionem humanitatis in
qua viſitauit nos oriēs ex alto. Et
occurſus eius vſqꝫ ad ſummum
eius. in ſua benedicta aſcenſione
in qua aſcendit ſedens ad dexterā
dei patris. Vel

**Caſſiodo**

a ſum
mo ce
lo id eſt a patre egreſſio eius na
tiuitas filij ſignatur nō tempora
liſ ſed coeterna patri que eſt ante
omne principium ꝛ occurſus ei⁹
vſqꝫ ad ſummum eius quia poſt
aſſumpcōeꝫ carnis i vtraqꝫ natu
ra xp̄s pmanēs ad ſedē patne ma

ieſtatis eſt regreſſus. Nam cum
venit a ſummo in nullo minor pa
tre fuit. cum redijt ad ſummum
deus homo equalis patri in diui
nitatis ſubſtantia ſicut venerat p
ſeuerat cui nichil humana detra
xit humilitas. Idem Jeronimus
et auguſtin⁹ ⌊nec eſt qui ſe abſcō
dit a celo
**Caſſi.** v. a ſpiritu ſā
cto eius⌋ cto quem p⁹
aſcenſionem ſuam in ſpē ignis mi
ſit in munduʒ apoſtolis a quo ne
mo abſcon
**hugo** quia ſic ac
ditur. cenſi fuerīt
vt nemini paterent vñ d ipſo ſpiri
tu ſancto dicitur iohānis. xvi. Cū
venerit ille ſpiritus veritatiſ argu
et mundum de peccato quod fecit
de iuſticia q̄m non fecit. et de iudi
quod non
**Caſſio.** Ipſe enī
timuit. calorē a
quo nemo poſſit abſcondi qui di
uinitatiſ ſue potentia vniuſcuiuſqʒ
corda cog
**Nico.** deinde deſcri
noſcit. bitur euāge
lij publicati condicio cuʒ dicitur
⌊Lex domini⌋ .ſ. euangelica q̄ ip
ſe domin⁹ predicauit in monte d.
Math. v. bti paupes ac̄. et hec di
citur ⌊immaculata⌋ quia ſuos ob
ſeruatores cuſtodit immaculatoſ
a peccato vñ dn̄s dicit apl'is Joh.
xv. Jam vos mūdi eſtis ꝓpter ſer
monē quē locutus ſum vobis a ad
dit ⌊cōuertēs
**Caſſi.** In ſua di
animas⌋ ſtrictōne
corrigens a ad xp̄i grām mittēs.
**Nico.** ⌊teſtimoniū dnī⌋ id eſt
euāgeliū ⌊fidele⌋ quia
adimplet qd ꝓmittit inducens ſu

os obſeruatores ad vitam btām
⌊ſapienciam preſtans paruulis⌋ .i.
apl'is alijs qʒ chriſti diſcipulis q̄
erāt ſimplices a hūilesſ ſcdm q̄ di
cit ſaluator Math. xi°. Confitebor
tibi pater domine celi a terre quia
abſcondiſti hec a ſapientibus et
prudentibus a reuelaſti ea paruul.
**Caſſi.** ⌊Iuſticie domini recte⌋
quia ſicut chriſtus do
cuit ſic fecit Nam illorum iuſticia
recta non eſt quibus aliud eſt in
ore. aliud eſt in ope ⌊letificantes
corda⌋ ſpe
**Augusti.** vt qui
premij. mārē
tur iuſticias domini corde gaude
rent in eis qui libere cum dilectio
ne eas facerēt. n̄ ſeruilitē cū timore
**Nico** ⌊preceptuʒ domini⌋ id
eſt nouum teſtamētū
⌊lucidum⌋ q̄ clare a lucide traditū
eſt euangeliū in q̄ veritas reuela
ta ē ⌊illuminās oculos⌋ viʒ. interi
oris hoīs .i. cordis Oculi cordis ſūt
intētio a lux fidei. Euangeliū enī do
cet intētionē cordis eſſe ſimplicē a
fidē nō eē fictā in oībus opibus q̄
ſeruus dei opat ⌊Timor domini⌋
**hugo** Eſt enī timor natural
qui timet paſſionem
corpis quo xp̄s cepit in paſſione
pauē a tedere vt habet Marci. xiiij
Eſt et timor human⁹ q̄ q̄s eligit
peccare ne ledat in corpe Eſt a mū
dan⁹: iſte eligit peccaē ne ledatur
in paſſiōe. Et ē tīor ſeruil q̄ timet
pena gehēne a non amat iuſticia.
Eſt a tīor inicialis B amat p̄ncipa
lit iuſticiā a ſcdario timet penaʒ.
iſte opat bonū p̄t amore iuſticie

et partim timore gehenne. Eſt et ti
mor filialis quo quis cauet offen
dere deum ne pdat eū. mixta eni
cum pauore dilectio: timor domini
eſt de quo hꝫ habetur. timor domi
ni ſanctꝰ pmanēs in ſeculū ſeculi.
**Glo** quia fructus eius pcipi
tur in eterna beatitudi
dine [iudicia domini vera] quia ſi
ue dominus minatur ſiue pollice
tur nēinē fallit [iuſtificata in ſemet
ipſa] quia non egent alterius au
toritate ꝙ ipſius domini vt firma
habe **Auguſti.** Vel quia q̄ſ
ant. ꝙ nō ꝑt eri
pere ſupplicium quod dat impijs
et premium quod dat pijs [Deſi
derabi **Caſ.** O ingencium rex
tia] ſtupenda profun
ditas Quis autē ſufficienē diſtin
guere aut predicarē potuiſſet opa
dn̄i niſi ſpūſancto pbarentur edi
ta. deſiderabilia ſunt iudicia dei et
mandata noui et veteris teſtamen
ti [ſup **Hugo** et ſup omnes
aurū] diuicias ſecu
lares [et lapidem precioſum mul
tum] et ſup mundanos honores.
**Caſ.** Sed qui iuenīri poterāt
cōtinentes qui noxiam
cupiditatē laudabili pcitate calca
rent addit etiā ſapores precipua
ſuauitate iocundos dicens [et dul
ciora] deuotis mētibus [ſup mel
et fa **Hugo** et ſuper omnem
uū] dulcedinē tpa
lis voluptatis que tn̄ nequiſſimis
mentibus amara ſunt q̄a oculis
egris odioſa lux eſt que puris ē
amabilis. Ergo diuicijs honoribꝰ

et delicijs terrenis preferunt iudi
dicia diuina et mādata qui cuſto
dia coꝝ ad gloriā pducit eter
nam [Etenī] quia vere ſūt dulcia
[ſeruus **Nico.** et bonus chri
tuus] ſtianus et de
uotus maxime in ſtatu pfectōnis
poſitus qui non ſolū tenet ad pre
cepta ſed etiam ad conſilia euāge
lica [cuſtodit] id ē cuſtodiet [ea]
ope adim **Caſſi** Nō ad tem
plendo. pus ſed vſꝫ
ad vltimum vite ſpacium in tali de
uotione verſetur Poſt obediencı
am ſequuntur premia Vnde ſbdi
tur [in cuſtodiendis illis retribu
cio multa] tanta enī diuine clemē
cie dona ſunt ꝙ nequeūt compre
hendi. Sic enim apoſtolus ait Qd
nec oculꝰ vidit nec auris audiuit
nec in cor hominis aſcendit que ꝑ
parauit deus diligentibus ſe. De
inde propheta petit ſe a vicijs pur
garı vt digne poſſit dominum lau
dare dicens [Delicta quis intelli
git] Multa enim ſunt peccata que
intelligimus que videlicet ſecreta
volūtate peccamus. cum rē pro
ximi concupiſcimus. cum ceteris
preſtanciores effici volumus. cū
cibos appetimus dulciores. et his
ſimilia de quibus monemur a ſa
lomone Non eas poſt concupiſcē
tias tuas. aliqua ſunt tamē que
omnimode ignoramus quoꝝ nec
origines poſſumus nec ſurrepcio
nes agnoſcere. Vnde ſubaudien
dum eſt delicta videlicꝫ omnia q̄s
intelli **Iheronimus.**
git.

quaſi dicat nullus niſi ſcrutator
cordium deus quia potens eſt ea
dimittere Vnde ↄſequenť orat di.
Aug⁹ Lab occultis meis⌋ u
a cupiditatib⁹ i me la
tenti⌋ Hugo vľ a peccatis ob
bus litis ꝛ ignorātis
Lmūda me dn̄e⌋ vn̄ dicit auguſti.
Pius dn̄s pie penitentib⁹ aut pec
cata dimittit ꝗ oblita ad memori
am reducit La ab alienis. ⌋q̄ ſugge
ſtione dyaboli vel hoīs fiunt Que
dicuntur aliena qꝛ p̄mo ſunt illi⁹
qui ſuggerit. ſcd̄o efficiunť illi⁹ q̄
ſuggeſtioni ↄſentit. Idez caſſio. Et
ab his peccatis q̄ ſuggeſtione cō
mittunť Lparce ſuo tuo⌋ tu cui ꝓpriū
eſt ſemp miſe Caſſi. Cum eni
reri ꝛ parce. dicit ſer
uo tuo iam ſe oñdit legi diuīe ex
magna pte famulari. Deinde oñt
modū liberationis ꝛ mūdacionis
q̄m petit. Lſi pctm̄ mortale nō dñe
tur ei vnde ſubdit V Aug⁹ Lſi mei
nō fuerint dn̄ati⌋ hoc eſt ſi mei nō
fuerint dn̄ata occulta mea et alie
na pec Hugo Ltūc immacu
cata. lat⁹ ero⌋ a ma
cula criminali quia ſicut dicit au
guſti. Temptatio cui non conſen
titur non eſt peccatum ſꝫ materia
exercende virtutis Let emundabor
a delicto ma Auguſti. Quo
ximo⌋ V alio
niſi ſuperbie. Nullū enim eſt ma
ius delictum q̄ꝫ apoſtatare a deo ꝑ
peccatum quod eſt iniciū ſupbie
hominis qꝛ inicium oīs peccati eſt
ſuper Nico vľ ſi peccata mor
bia. talia non fuerint

mihi dn̄ata tun: emundabor a de
licto maximo .i. in morte iuenia r
mundus a quolibet peccato mor
tali quod licet non ſit maximum
ex genere tamē eſt maximum ex
temporis conditione eo quod tūc
non eſt remediabile quia p⁹ mor
tem non reſtat ampli⁹ tempus pe
nitudi Hugo Et erūt vt
nis. ↄplaceāt elo
quia⌋ quaſi dicat ſi immaculatus
et mūdatus ita fuero tunc eloq̄a
Loris mei⌋ erunt talia vt tibi ↄpla
ceant ꝛ tunc ero dignus tanta ſac̄
menta referre ꝛ te laudare. ſicut il
le eſt indignus cui dicitur. Quare
tu enarras iuſticias meas
Auguſtinus. La medita
cio cordis
mei⌋ erit non ad iactanciaꝫ placē
di hominibus Lſed in ↄſpectu tuo
ſemp⌋ qui cō ſcientiam puram in
ſpi Jero Domine adiutor me
tis us⌋ in tribulacō ne ꝛ
neceſſitatibus Lꝛ redemptor me⁹⌋
precio ſan Caſſiodor⁹.
guinis tui
Q̄ꝫ mirabili ordine totum pſ̄ glo
rioſiſſimus propheta cātauit lau
dauit deum. predicatores Ipſe q̄ꝫ
aduētum incarnacionis ſanctiſſi
me edocuit. magnalia eius varia
diffinicionū qualitate ↄmendās.
reuerſus qꝫ in memoriam fragi
litatis ſue a delictis ſe petijt debere
mundari. vt tantorum ſacramen
torum relator dignus exiſteret q̄
docuit ſcripturas domini puriſſiā
conſciencia Collector. Tu
narrari. am

Igitur clementiā domine humilit̄
exoram⁹ vt a delictis tā occultis
q̄m alienis nos mundare digne
ris quatin⁹ cordis noſtri medita
tio ſemp in conſpectu tuo placeat
Noſq̄ tuo adiutorio in bonis pro
ficientes valeamus ad eterne bti
tudinis premia puenire p te domi
ne ihesu christe redemptor mundi
qui es benedictus in ſecula ſeculo
rum Amen.

# Exaudiat te

dominus Titulus talis
eſt. In finē pſ̄ dauid
huius tituli verba nota ſunt ex p̄
mis. **Glo.** hic agit pp̄ha d̄ xp̄o
ſis. quaſi de ſacerdote i
molaturo et rege pugnaturo vbi
in figurā optātis canit pp̄heta que
ventura ſunt christo tpe afflictio
nis eius quod fuit vſq̄ ad paſſio
nem et tpe gaudij quod fuit p⁹
reſurrecti **Hugo** Intencōne
onem. mouet fide
les ad cōpaciendum christo paci
enti et cōgaudendum reſurgenti.
pp̄heta igit̄ optans christi vocem
tanq̄ ſacerdo **Caſſio.** Preca
tis exaudiri. tur ſcē
eccleſie pſpera euenire. q̄ illi p ad
uentum dn̄i certiſſime nouerat eſ
ſe ventura **Hugo** Exau
vnde dicit diat
te. o xp̄e deus pater. in die tribula
tionis .i. in tpe paſſionis. Tota ei
christi vita tribulatio fuit. Vnde
apoſtolus ad hebreos. v. de xp̄o di
cit. Qui in dieb⁹ carnis ſue .i. mor
talitatis ſue preces ſupplicacōnesq̄
ad eum qui poſſet illum ſaluū fa
cere a morte cum clamore valido et
lacrimis offerēs exauditus ē pro
ſua reuerencia .i. ſicut ſua deuocio
meruit plixius omnibus orando.
Ecce quod hic pp̄heta optabat et
predicebat faciendum apoſtolus
teſtatur factū Et bene dicit in die
tribulationis q̄r in paſſione xp̄i
vere fuit dies credentibus quoniā
tunc luxit dies iuſticie ſup terram
quando dominus mortem ſubijt
in cruce pro peccatis noſtris et o
christe. protegat te nomen dei Ja
cob. exaudiat te deus pater vt te
reſurgere faciat protegat te immor
talitate. nomen dei iacob .i. qui es
deus minoris populi videlicet gen
tilis ↄuerſi ad fidē q̄ elect⁹ eſt vt
iacob. reprobatis iudeis vt eſau.
**Caſſio** optat ergo popul⁹
gratiam benedictio
nis ſue q̄m iacob in prefiguratio
ne precepit nouo populo christi
ano concedendam. a iudeis quidē
reprobatis ablatam quos ſubſe
quens populus gentilis deuota
mentis religione ſupauit vt gra
tie munere primus donante domi
no redderetur. mittat tibi auxiliū
de ſan **Auguſti.** faciens tibi
cto ſāctificatū
corpus ec **Hugo** Quod eſt
cleſiam. tuū auxi
lium o christe qui ideo paſſus es
vt tu eam ſanctificares ſicut dicit
apoſtolus ad ephē. v. christus di
lexit eccleſiam et tradidit ſemet
ipſum pro ea vt eam ſanctificaret

hoc factum eſt quādo apoſtolis et credentibus miſſus ē ſpiritus ſanctus ſicut actu. ij. legitur. q de ſion tueat te Syō ſpeculatio interptat

**Gloſa.** De ſyon ergo tueat deus chriſtum cum eccleſiam que eſt corpus eius de alta diuinitatis ſpeculacione tutā facit. Memor ſit ois ſacrificij tui.

**Auguſti.** Hoc ē me mores nos faciat deus omnium iniuraꝝ q cōtumeliaruꝫ quas pro nobis pertuliſti.

**Hugo** q dicit omnis: q plura fuit eius ſacrificia que ptulit pro nobis p totaꝫ vitā ſuam ab infancia vſqꝫ ad morteꝫ. Vnde cum tpe paſſionis eius cātet eccleſia dicens. Pange lingua glorioſi prelium certaminis q ſup crucis tropheum dic triumphum nobileꝫ qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. Poſtmodum ſequēs verſus incipit enumerare ſacrificia criſti ab infancia dicēs. Vagit infans inf arta poſitus p̄ ſepia q̄c. et holocauſtuꝫ qd dī oblacio tota incēſa. tuum: qd obtuliſti deo patri pro peccatis noſtris

**Jero.** Totus in anima q corpore aſcendēs in cruce. pingue fiat. i. acceptabile ſit deo. Et ē ſenſus ne paciais queqꝫ perire cū pro omibus mortuus ſis Tribuat tibi ſcdm cor tuū: optat vt chriſtus ſiue pro humanitate carnis ſiue pro corpe ſuo hoc eſt eccleſia exaudiat. et omne conſilium tuū confirmet. **Auguſtinus.** id ē compleat non ſolum q animam po mortificatum granum in cruce co fuiſti pro amicis tuis vt pioſius reſurgeret ſed etiaꝫ q cecitas ex parte iſrahel facta eſt vt plenitudo gencium intraret et ſic omnis iſrahel ſaluus fieret.

**Jero.** Sequitur vox eccleſie Letabimur in ſalutari tuo q in te ſaluato a morte vel in ſalute p te facta gentibus. et in nomine dei noſtri magnificabimur.

**Caſſi.** id eſt magni dicemur videlicꝫ criſtiani a xp̄o Magnificari enīꝫ eſt magnum fieri quippe cuꝫ ex vocabulo celeſtis regis nomē eſt impoſitū ſeruiēti.

**Auguſti.** Impleat domin9 peticiōes tuas nō ſolum illas quas in tra habuiſti

**Jero.** dicendo clarifica me pater apud temetipſū claritate quā habui priuſq̄ mund9 fieret. Et alibi. Pater ſerua eos in noīe tuo quos dediſti michi.

**Aug.** Sed etiā impleat omēs peticiōes tuas quib9 in celo interpellas p nobis nūc cognoui. qm̄ ſaluū fecit dn̄s xp̄m ſuum. nūc mō p ꝓphetiā demōſtratuꝫ ē. qm̄ reſuſcitauit dn̄s ieſus filiū ſuum Exaudiet illum de celo ſcō ſuo non de terra tantū vbi ſe petijt clarificari verum etiam de celo vbi iā ab dexteram dei patris ſedet inter pellans pro nobis In potentatib9 ſalus dextre eius quaſi dicat.

**Hugo** Vere exaudiuit euꝫ petētem p nobis qd patet q potentes ſum9 auxilio ei9

**Auguſtinus** potentatus nri ſunt ſalus dexte
re eius id eſt fauoris eius cum ec
de tribulatione dat auxiliuz vt qn
do infirmamur. tūc potētes ſumus
**Caſſio.** Nō dicitur hic ſalus
potentatus noſtri q̄
niam illa ſalus nec morbis afficit
nec doloribus ſauciatur ſic ſalus hoīs
**Augus** que nō dextere ſed ſini
ſtre eius eſt hic enim ex
tolluntur in magnam ſupbiaz q̄
cunq; precantes temporaliter ſal
ui facti ſunt de quibus ſubditur
Hij in curribus id eſt involubi
li ſucceſſione temporalium bonoꝝ
trahuntur et hi in equis hoc
eſt ſupbis preferuntur honoribus
atq; in his exultant nos autem
ſpem figentes in eternis neq; glori
am noſtram querentes in nomīe
domini dei noſtri inuocabimus.
**Caſſ** quia nomen domini ad
premia perducit eterna.
Deinde oſtendit quomodo ſit va
na ſalus hominum dicens.
**Jero** Ipſi obligati ſūt vi
ciorum ſuorum funibus
et ceciderunt nam homines hūa
nis honoribus preſumentes laq̄a
ti prauis deſiderijs ſuis in mortis
foueam cor
**Hugo** Nos au
ruerunt tem qui
tortuoſi fuimus in peccatis ſurre
ximus per gratiaz dei ab infide
litate ad fidē. a vicijs ad virtutes
et erecti ſumus per veram humili
tatez ad diuina premia ſubleuati.
Sequitur vox prophete ad pṙez.
Domine ſaluum fac regem

**Hugo** id eſt chriſtus domi
nus reſurgat a mor
tuis aſcendat in celos. interpellet
pro nobis. ne diucius vacillet no
ſtra oracio. ſed ipſo aduocato p̄
ſumamus orare qui nos patri do
cuit ſupplicare ne nos mortalis
laqueus poſſit aſtringere. Deinde
hoc ſequitur et exaudi nos in die
qua inuocauerimus te
**Jero** In hebreo
ita ſcriptū
eſt. Domine ſaluum fac regez qui
exaudiet nos in quacunq; die inuo
cauerimus
**Caſſ** Docuit nos pro
eum pheta Sanctiſ
ſimus quali debeamus chriſto do
mino pietate ſeruire Optat ille bo
na que nouerat eſſe ventura. quia
bene credentium mos eſt illa orare
que deſideramus euenire. Quapropter
affligamur in eius paſſione. gau
deamus in eius reſurrectione Sic
enim ipſius poſſumus dici ſi eius
diſpenſacionibus mereamur aptari
qui cum eterno patre et ſpiritu ſā
cto ē benedictus in ſecula ſcloꝝ Amē

## Pſalmus xx

**Domine in virtute tua** Titulus talis ē
In finem Pſalmus da
uid. pſalmus iſte attribuitur da
uid conſiderationem ſuam dirigē
ti in finem id eſt in chriſtum qui
eſt finis et cōpletio legis quoniaz
non venit legē ſoluere ſed adimplere
**Nicolaus** pſalmus iſte eſt ex
ponendus eſt
ad litterā de magnificentia regni

chriſti que cõſiſtit in eius exaltatatione et aduerſariorum ſuorum depreſſione. David igitur in ſpiritu ſancto preuidens chriſti hominis regnũ ad qđ fuit exaltatus in humanitate virtute dei patris ſcđm quod dicit apłs act. ij. Dextera dei exaltatus

**Cas** primo enumerat quod ingentia quod gloriosa collata ſint chriſto domino ſcđm carnem dicens

DOmine deus pater in virtute tua id eſt in oĩpotentia tue maieſtatis in qua filius regnat ſicut ipſe dicit. Omnia patris mea ſunt et omnia mea patris ſunt. Letabitur rex ſcilicet chriſtus de quo in alio pſalmo dicitur. Deus iudiciũ tuum regi da

**Nicola** chriſtus enim in quantũ homo letabatur de virtute diuina in qua faciebat miracula et mentes ſimpliciũ illuſtrabat ſapiencia ſecũdũ quod dicitur luce. x. In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſancto et dixit. Confiteor tibi pater dñe celi et terre quia abſcondiſti hec a ſapientibus et prudentibus et reuelaſti ea paruulis. et ſuper ſalutare tuum id eſt chriſtum per quem diſpoſuiſti ſaluaē mundum exultabit vehementer

**Cas** Ut quanta ſit copia in beneficio tanta ſit et gaudij magnitudo

**Nico** DEſiderium cordis eius tribuiſti ei de ſui corporis glorificacõne et mũdi redẽptione atq; de credentium vocatione

**Caſſi.** Unde ipſe dixit. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar vt pcioſus ſãguis eius mũdum redimeret. ne diabolus adhuc eum iniqua preſumptione vaſtaret. Et voluntate labiorum eius nõ fraudaſti eum voluntas vero labiorum fuit quãdo ſpiritibus ipabat immundis. languores diuerſos ſermonis ſui ſanabat impio. pdicacionesq; ſuas deuotis mentibus inſerebat

**Nico** Unde ipſe dicit io. xi. Pater grãs ago tibi qm̃ audiſti me. Deinde incarnacõis eius potẽtiã mirabili fulgoe deſcribit

**Hugo** Quoniam ac ſi dicens. dicat chriſtus rex letabit qm̃ puenisti eũ in bñdcõnibus per immunitatem pcti quia ſacratus ē qm̃ abſq; omĩ pctõ cõceptus ē de ſpũ ſãcto vñ ſicut dic aug. Fel peccatorum noſtrorum non nocuit ei. et addit dulcedinis quia totũ fuit ex gratia. Idem Jeronimus

**Nico** Vel preueniſti eũ in benedictionibus dulcedis .i. in donis ſpũs ſãcti et cariſmatibus quibus anima chriſti fuit repleta ab inſtanti creacõis ſue et ſic puncta

**Caſſi.** Poſuiſti in capite eius hoc eſt in pncipio ſermonis eius coronam que cõuentus xii. apoſtolorum tanquam corona ambiebat chriſtum docentem. Et addit de lapide precioſo

**Collect** Apoſtoli enim et fideles de quibus tanquam de viuis lapidibus edificata ē eccã dicitur vnus lapis quia ipſis erat cor vnũ et anima vna

**Cas** Vitã petijt a te vitã reſurrectionem corpis ſui et tribuiſ

ti ei longitudinem dierum vſq; in ſeculum et in ſeculum ſeculi. id eſt dediſti ei peren niter viuere **Nycolaus** ſcđm quod dicit apl's ad romãos vi. Xp̄s reſurgens ex mortuis iã non moritur: mors illi vltra non dominabitur magna ē gloria ei9. et xp̄i in ſalutari tuo

**Auguſtinus** Hoc eſt in ſalute qua eu; reſuſcitaſti gl'am et magnũ decorē impoſuiſti ſuper eũ id eſt addes ei: cũ in celo collocaberis eũ ad dexteram tuã. **Jeronimus** Magnũ eſt homi nem aſſumptũ eſſe ad dexteraz dei patris. Deinde aſcendit adhuc g̃datim ad illam gloriã declarandã quã xp̄s domin9 ſcđm carne; a patre clarificatus accepit. vñ ſubdit **Jeronimus** qm̄ dabis eũ in bñdictõe; in ſeculũ ſeculi: quia õis creatura benedicit eũ. Vel chriſtus rex letabitur qm̄ dabis eũ in bñdictione et in ſeculũ ſeculi vt ipſe ſit in eternã benedictione bñdcũs et bñdicens. q2 per eũ oẽs bñdicentur. ſicut pmiſit deus Abrahe geneſis xxij. In ſemine tuo hoc eſt in xp̄o benedicentur omnes gentes

**Jeronimus** Letificabis eũ i gaudio cũ adunata fuerit illa mł'titudo ſãctoꝝ et nũerus reſtitutus ei. Et p adq̃ſitis p q̃b9 paſſus ē gaudebit cũ vultu tuo id eſt in preſentia tua

**Auguſti.** Vel letificab eum ſcđm hoiem quē leuauit ad te. vt ſit in gaudio cum vultu tuo **Nycolaus** q2 quãto humanitas xp̄i pre ceteris creaturis p̄pinq̃or et coniunctior ē deitati tanto clari9 videt eã et ea fruit delcãbili9 deiñ reddit cãm q̃re tãtũ mun9 accepit dicẽs qm̄ rex xp̄s ñ ſupbiens de regali dignitate ſ; hũil' ſperat i dño q2 xp̄s ante paſſioꝫ ſpauit obtinē a deo prē gl'am reſurrectionis corporis ſui et in mia altiſſimi ſperans ñ cõmouebit. q2 hũanitas xp̄i a vbo miſericorditer aſſumpta nunq̃ fuit ab eo ſeparata nec ſepabit q2 etiã in illo triduo dñice dormicõis corpus ex̃ns i ſepulcro fuit vnitũ verbo et ſil'r aĩa q̃ erat in limbo De inde deſcripta magñficẽcia regni criſti i ei9 exaltacõe h̃ cõñter deſcribitur eiuſde; magnificẽcia in aduerſarioꝝ punicõe Vñ p̄pħa q̃ añ lo q̃batur ad pr̄em nũc cõuertit ſmonem ad xp̄m dicens Jnueniat ma n9 tua Aliq̃n man9 dei reſpicit malũ pene qđ a deo infligitur iuſte Vñ ad heb. x. dr̄. Horrendũ ē incidē i manus dei viuentis. et tunc p ſiniſtrã intelligit minor punitio et per dexterã q̃ fortius punit g̃uior punitio Et ſm hoc dicitur inueniatur o rex xp̄e cũ ad iudiciũ veneris manus tua i. ſiniſtra et dextra ptãs tua puniẽs pctã oibus inimicis tuis q̃ntũ ad cõem penã dextera tua g̃uius puniens ex ſpẽali cã inueniat omẽs q̃ te oderūt q̃ dicat. **hugo** ſentiẽt te per vindictam: qui te bene ſentire noluerunt per fidem operantem. Deinde ordo iu

dicti pulcerrima racōne describit.
cum subiungit. Pones eos vt di
banum **Gregori⁹** xv li.
ignis moral'
Sciendū vero q̄ omnes ꝛ̄probi qui
hic in anima simul ⁊ corpē pecca
uerunt illic pariter in anima ⁊ cor
pore cruciant. Cliban⁹ nāq̄ intrinse
cus ardet. Is vero q̄ ab igne deuorā
tur ab exteriori pte incipit concre
mari vt ergo sacra eloquia ardē
exterius ⁊ interius reprobos demō
strarent ⁊ eos ab igne deuorari Et
scā clibanuꝫ poni testant' vt per ig
nem crucientur in corpore ⁊ per do
lorem ardeant in mente hoc est in
consciencia impietatis sue. in tēpe
vultus tui. hoc est. in tempore iudi
cij. dominus in ira sua id ē in vindi
cta sua conturbabit eos proferēs
contra eos sententiam damnatio
nis ⁊ deuorabit eos ignis scilicet
gehenne non consumendo: sed
eternaliter **Collacõe** Heu q̄ se
affligendo uera ꝯtur
batio vbi nulla erit consolatio q̄
tremenda ira que tunc est sine mi
sericordia. Dies illa dies ire ⁊ om
miseriarum in qua peccatores eter
no igni gehēne **Cassio** Qui
tradentur. .sic ꝯ
sumit vt seruet sic seruat vt cruciet
dabitur q̄ miseris vita mortalis ⁊
pena seruatrix. Fructuꝫ eoꝝ de ter
ra pdes id est fructum eterne bea
titudinis quem in terra viuentiuꝫ
habere debuerant. quia nō obedi
erunt mandatis eius iuste pdide
runt ⁊ semen eorum id est opa pec
cantium que hic praue viuendo se

minauerunt segregabis a filiis ho
minum id ē a sanctis quos in he
reditatem eternam tue misericor
die largitate **Ncola⁹** Dem
missurus es. .de po
nitur causa finalis puniciōis re
proboꝝ que est impenitentia fina
lis que notatur cū dicitur Quo
niam declinauerunt in te id est con
tra te mala id est peccata que sūt
contra deum. Et bene dicit declina
uerunt. q̄ sicut declinacio in gram
matica est de casu in casum sic decli
nacio a iusticia: est cadendo de pec
cato in peccatum Quia secundum
quod dicit. Gregorius. peccatum
quod per penitentiam non diluit.
mox suo pondere ad aliud trahit ⁊
tandem ad profundum contēptus
⁊ obstinationis deducit. secunduꝫ
qd dicit. puerbioꝝ. xviij. Impi⁹
cū in pfundum peccatorum venerit
cōtemnit. cogitauerunt consilia q̄
non potuerunt stabilire quia repē
tine tolluntur de facultate tempali
in qua cogitabāt pmanere. Quo
niam pones eos dorsuꝫ a facie tua
eos deijciendo in infernuꝫ secundū
qd dr. Ma. xxv. Discedite a me ma
ledicti in ignem eternum. in reliq̄
conſequitur effectum. Ideo ſubdi
tur. in hereditatem ſibi quia pre
deſtinati immobiliter adherebūt
deo in patria celeſti. ita q̄ erunt he
reditas dei. Et deus erit hereditas
ipſorum. quia illos quos ſic pre
deſtinauit ab eterno vocat tempo
raliter ad fidem ſuam. et iuſtifi
cat per graciam finalem. et ſic con
ſequenter eos magnificat per glo
riam ſcd̄m q̄ dicit apoſtolus. ad
romanos octauo. quos predeſtina
uit: hos ⁊ vocauit. et quos voca
uit hos iuſtificauit. et quos iuſti

ficauit hos et magnificauit. et sic
qui prius fuerunt beati in spe: facti
sunt beati in re. Deinde ostēdit hu
ius premiationis principiū: dicēs.
De celo. Circa quod ſciendum
ꝙ opera meritoria non sunt p̃ma
cauſa propter quam premiantur
aliqui in vita beata: ſcd̄m qd̄ decla
rat apoſtolus ad Romañ. ix. de Ja
cob et Eſau: dicens. Cum nondum
nati fuiſſent aut aliq̄d boni aut mali
egiſſent dictum eſt. Maior ſeruiet
minori: ſicut ſcriptū eſt. Jacob di
lexi: Eſau odio habui. Nec etiā me
ritorum preuiſio futurorum: imo
preparatio gratie in tempore pro
cedit ex eterna predeſtinatione vt
predictum eſt. Et hoc eſt quod hic
dicitur. de celo reſpexit dominus
Accipitur enim hic celum ſumme
trinitatis quod eſt idem qd̄ deus.
quia ab eterno vidit omnia in ſe
ipſo. Ideo ſubditur. vidit.
**Auguſt.** oculo miſericordie
omēs filios hoim.
**Caſſiodo.** Vidit enī: gra
tiam ſignat mi
ſeren **Nicola9** Licet enī om
tis. nes vidit eq̄
les ī naturalibus: tamen ex eis ali
quos elegit ex ſpeciali grā ad par
ticipationem beatitudinis ſuperna
turalis: ad quā non poteſt homo
attingere ex naturalib9. De pre
parato habitaculo ſuo reſpexit.
**Auguſtinus** vel de apo
ſtolis: vel
de predicatoribus veritatis: vel de
angelis quos ad nos miſit. ſuper
omnes filios hominum.

**Nicola9** ꝙ quos ſic elegit
ex ſua mera volū
tate et gratia: hos diſpoſuit iuſtifi
care in tp̄e p grām finalē aliis di
miſſis. Ideo ſubditur. QVi fin
xit ſingillatim. i. per vnūquenq̄
ſeparatim vel ſingulariter. corda
eorum. i. animas hominum. quia
eas quas creauit eiuſdem nature
in ſpecie: fecit diſtinctas indiuidu
aliter. Et ꝓpter hoc dicit ſingillatī
Licet enim anime ſint eiuſdem ſpe
ciei: tamen variantur in operationi
bus coniūcte corporibus. quia ali
que declinant ad bonum verum: et
alique ad bonum apparens: et hoc
eſt terrenum. Et ſcd̄m hoc diuerſifi
catur ſtatus bonorum et malorū.
Et hec omnia ſunt deo clariſſime no
ta. Ideo ſubditur. qui itelligit om
nia opera eo
rum. **Caſſio.** tā cogi
tatiões
dicta q̄ facta quibus bonū malū
ꝙ ſemper ope **Jeroni.** Ipſe ei
ramur. ē ſpecu
lator: pſpiciens de die in diem act9
hom **Nicola.** Deinde ꝙ diui
nū. na prouidētia
eſt principium ſalutis hominum
tam in ſpiritualibus q̄ in corpali
bus oſtendit per exemplum de re
probatis: dicens. NOn ſaluatur
rex per multam virtutem ſui exer
citus: niſi cum hoc habeat diuinā
protectionem. Hoc apparet Nume
ri. xxi. de Seon rege amorreorum:
qui cū fortiſſimo exercitu egreſſus
eſt obuiam filiis iſrahel: ſed ſtatī
cecidit in prelio. et gigas non ſal
uabit in multitudine virtutis ſue.

Hoc apparet ibidē; de Og rege ba
ſan qui ſolus remanſerat de ſtirpe
gigantum: vt habetur Deutro. iij
et tamen ſtatim corruit coraʒ filijs
iſrahel. Similiter de Golia gigante
queʒ dauid adhuc adoleſcens ictu
lapidis interfecit.

**Caſſi.** Fallax equus ad
ſalutem] quia ille dum campos ap
petit: dum pedes pre propera feſti
natione permiſcet ſalutem ſeſſoris
ſui non valet cuſtodire: et qui ſub
modeſtia non gradiatur ruinoſis
caſibus ſemper exponitur. Falſus
enim dictus eſt equus eo q ſolet
fallere in ſe preſumentes.

**Nicola.** [In abundantia au
tem virtutis ſue nō
ſaluabitur]. Hoc apparet in Pha
raone et exercitu eius cum curribꝰ
et equitibꝰ in mari ſūmerſis. Iſta
autem dicta ſunt ad oſtendenduʒ
q ſi non potuerunt ſaluari corpa
liter et tempaliter virtute huma
na: multo minus potuerunt conſe
qui ſalutem ſpiritualem et eternā
abſq; dei gratia ſpeciali. Ergo i ſua
virtute nullus ſaluatur. quia a dō
eſt ſalus: quaʒ ſoli iuſti conſequū
tur. Ideo ſub
iungit.

**Jeroni.** Ecce oculi do
mini] i. aſpectus diuinitatis [ſuper
timentes eum] timore ſancto.

**Nicola.** vt nos diligēter cu
ſtodiat: ſicut homo
figit oculos ſuper rem quā vult cū
diligentia cuſtodire. Etſi eos ali
quando permittit tribulari tempo
raliter. hoc tamen eſt ad bonū ipſo
rum vt per pacientie meritum ha
beant maiꝰ premium. Ideo ſubdi
tur. [Et] etiaʒ reſpicit [in eis qui ſpe
rant ſuper miſericordia eius].

**Auguſti.** et nō de fortitudi
ne: non de virtute
neq; de meritis ſuis ſed de miſericordia
eius. Vt eruat a morte] culpe.
[animas eorum] dando eis vitaʒ
eternā i futuro [et alat eos i fame]

**Caſſiodo.** In fame autem
eos alit quādo
in hoc mundo vbi bonarum rerum
indigētia eſt: verbo ſpirituali nutri
re non deſinit quos redemit.

**Nicolaus** Hi ſaturabun
tur pāe celeſti
poſt hanc vitam damnatis eſuri
entibus. ſcd'm qd dicitur Yſa. lxv
Hec dicit dominus deus. Ecce ſerui
mei comedent et vos eſurietis. Et in
terim hac vita durante pacientes
ſumus in aduerſis. Ideo ſubditur.
Anima noſtra ſuſtinet domi
num] i. pacienter expectat eius be
neplacitum [quoniaʒ adiutor] ad
bonum [et protector noſter eſt].
contra
malū.

**Caſ.** Sʒ intelligamꝰ q̄lis
iſta virtus eſt quā
ſeruare totiens cōmonemur. Pa
ciencia eſt ſiquideʒ que glorioſos
martires facit: que fidei noſtre bōa
cuſtodit: que omnia vincit aduer
ſa: non colluctando ſed ſuſtinendo:
non murmurādo ſed grās agēdo
Et hec: deceptricem luxuriam com
primit: iram feruidaʒ vincit: vaſta
tricem humani generis inuidiam
tollit: manſuetos efficit: benignoſq;
competenter arridet: purgatoſq;
homines ad illa premia futura

cõponit: per ipſam chriſto mili tamus: ꝑ ipſam diabolũ vincim⁹: ꝑ ipſam beati ad celoꝝ regna pue nimus. Et conſidera ꝙ poſt oĩa p̄cepta pacientiam ponit vt viriliter cũcta toleremus qui de tam magni p̄mij largitione ꝯfidim⁹.

**Nico** [Quia i eo letabit̃ cor noſtrũ] quaſi diceret. Si tribulemur exterius: tamen cõſolamur ab eo interius. Et q̃a iſta conſolatio ꝓcedit ex ſpe retributionis future. Jdeo ſubdit̃. [Et in noie ſancto eius] ·ſ· in nomie Jeſu chriſti ſaluatoris noſtri.

**Glo** [ſpauim⁹] nos v̄eturos ad deũ in futuro. Et ne fraudemur a ſpe noſtra [Fiat miſericordia tua dñe ſup nos] ·ſ· ꝑ miaꝫ tuam impleat̃ in nobis ·ſ· vt in futuro letemur. quo merito ·ſ· ecce [quemadmodum ſperauimus in te].

**Nico** Et hoc ſpe debita que ē certa expectatio future beatitudinis ex grã et meritis proueniens.

**Jero** Vñ ex iſto v̄ſu debet cogitare vnuſquiſq; anteq̃ legat̃ vt fideliter dicat: quẽadmodũ ſperauimus in te: ne alibi vacet mens ſua.

**Caſſio** Q̃ꝫ melliflue voces audite ſunt: q̃ ſalubriter nob̃ pſalteriũ celeſte cantauit. Tales ſiquidem mandatorum corde ſonuerũt vt ſi eas interius auribus recipiamus: nos in eis dauitice lire curatione a demonuꝫ infeſtatione purgabimur. Fietq; nob̃ ſalutis illa mundatio vt fugatis imundis ſpiritibus: mente abluta domino ſui amus. Habent enim beati muſicaꝫ ſuam que anime fidelis intrat auditum: cuius non deficit ſonus: cui⁹ non laſſatur intẽtio. Relinquite ergo vos ſpectaculorũ amatores mortiferas voluptates: q̄ deſideria praue voluntatis inſtigant. Et ad hec magis gaudia: ad hec miſteria cõuenite. vbi cythara ⁊ pſalterium virtutes excitant que nos inſtruũt ad vitam eternam: ad quam nos ꝑducat Jeſus chriſtus dominus noſter qui eſt benedict⁹ in ſecula ſeculorum. Amen.

## Pſal. xxxiij.

BEnedicam dominũ in. Titulus huius pſalmi talis eſt dauid cum mutauit vultuꝫ ſuũ coraꝫ Abimelech ⁊ dimiſit eũ ⁊ abijt.

**Glo** Titulus iſte tractus eſt de hiſtoria libri regum primi Reguꝫ xxi. vbi ſcriptuꝫ eſt ꝙ cum fugeret dauid Saulem pſecutorem ſuum: contulit ſe ad regeꝫ Achis i geth.

**Nico** qui erat binomi⁹: qui vocabatur Abimelech nomine regni. et Achis nomie perſone. ſicut imperatores romani vocabantur ceſares nomine imperij: et tamen habebant proprium nomen perſonale. ſcilicet Julius Auguſtus Tiberius: ⁊ ſic de alijs. Qui cum dauid eſſet ibi: cognitus fuit a philiſteis. Vnde dixerunt. Nunquid iſte ē dauid rex terre. Quaſi dixerent. bonum eſſet eũ interficere

ne veniat ad regnum ⁊ inualeſcat
contra nos. Propter quod duxe
runt euȝ ad Achis: hoc eſt ad Abi
melech vt moreretur. Dauid autē
in tali periculo conſtitutus ſimula
uit ſe inſanum: ſcḋm illud poeticū
Stulticiam ſimulare loco ⁊ tempo
re prudentia ſumma eſt.

**Gloſa** Mutauit enīȝ vultū
ſuum coram ipſis ⁊
tympanizabat ad portam ciuita
tis ⁊ ferebat ſe manibus ſuis. ⁊ ſa
liue decurrebant ſuper barbā eiꝰ.
Quod cum vidiſſet rex Achis: ait
ſeruis ſuis. Vt quid mihi iſtuȝ ar
repticium ⁊ demoniacuȝ et inſani
entem adduxiſtis? Nunꝙ̄ intratu
rus eſt domū meam. Et ſic Dauid
de periculo mortis liberatus abijt.

**Nicola.** Vnde iuxta lrām ꝑ
gratiarūactōne dd
hūc pſal. cō
**Jero.** et cātauit. ꝙ
po ſuit. totꝰ circa pie
tatem: totus circa inſpectionem di
uinam: totus circa compeſcendas
ſanctoruȝ tribulationes cōmemo
ratur. Dauid qui Goliam vicit fi
guram chriſti tenet qui diabolum
vicit. Abimelech interpretatꝰ regnū
patris. Dauid venit ad regeȝ Abi
melech. ⁊ chriſtus venit in regnū
patris ſui: hoc eſt ad regnuȝ iudeo
rum. Mutauit vultum ſuum coraȝ
Abimelech: hoc eſt coram regno
patris ſui. Vnde ſanctus Paulus
dixit. Qui cuȝ in forma dei eſſet for
mam ſerui accepit in ſimilitudineȝ
hominis factus: et habitu inuen
tus vt homo humiliauit ſeipſum
factus obediēs patri vſꝙ ad mor

tem. Tympanizabat ad portaȝ ci
uitatis. Tympanuȝ de corio exten
ditur ſuper lignum. ⁊ dominus ex
tendit manus ſuas in cruce ad por
tam ciuitatis: hoc eſt in initio fidei
noſtre. Contra eternā vitam dau
ſum cor habeamus. ⁊ chriſtus in
cruce per fidem paſſionis apiebat
corda mortalium. ⁊ ferebat ſe ma
nibus ſuis quādo corpus ſuum ac
cipiens in manibus tradidit diſci
pulis ſuis: dicens. Hoc eſt corpus
meū. Et ſaliue currebant ſup bar
bam

**Jero.** Per ſaliuaȝ infirmi
eius. tas carnis intelligi
tur quam dignatus eſt ſuſcipere.
Que fuit illa barba? fortitudo di
uinitatis. Abijt chriſtus a iudeis
ad gētes poſtꝙ̄ ab ipſis eſt dimiſ
ſus. Vnde dictū eſt: vos indignos
vos iudicatis vite eterne. nos ex hꝰ
ibimus ad

**Auguſti.** Sic ſe
gentes. habȝ
titulus

**Caſſiodo.** Prophe
pſalmi. ta enīȝ be
nedicere ſe dominum cōpromittit:
āmonens manſuetos vt cum ipſo
in eius laudibꝰ pſeuerent: dicēs.

**Nicola.** Benedicam do
minum [reg
tiando ei ꝺ ſuis beneficijs] in omni
tempore [tam proſperitatis ꝙ̄ ad
uerſitatis. Omnes benedicāt ⁊ lau
dant dominum in tempore proſpe
ritatis. etiam mali: ſcḋm illud Za
charie. xi. Benedictus dominꝰ quo
niam diuites facti ſumus. Et illud
in pſal. Confitebitur tibi cuȝ bene
feceris ei. Sed maledicunt tempore
aduerſitatis. Vnde vxor Job dice

bat ei poſito in aduerſitate Job.ij
Benedic deū et morere: id eſt ma
ledic: vt ibi expoſitum eſt.

**Jeronimus** docet ergo
nos nec in ad
uerſis ſuccūbere nec in ſecūdis: id
eſt in temporalibus extolli: ſʒ tam
proſpera ꝙ̄ aduerſa equanimiter
ferre. ⌊ſemper laus in ore meo.⌋.

**Caſſiodorus** Quāuis
debitum
atqʒ proficuuʒ ſit vt creatura ſem
per ſuum laudat auctorem: tamen
propter humanitatis diuerſos a
ctus pene impoſſibile nobis vide
tur pſalmodie laudes domino iu
giter perſonare. ſed ī ore hominis
iuſti ſemper laus dei eſt quādo ta
lia vel cogitat vel loquitur vt nul
la redargutione culpetur. Quicqͣd
enim ex pacientia: ex caritate: ex
ſimplicitate: ceteriſqʒ virtutibus
vel loquimur vel mente geſtamus
iure diuinis laudibus applicatur.
⌊In domino laudabitur anima
mea⌋. Pulcerrime vno verbo dile
ctio famulantis expreſſa eſt. Non
enim in ſe vel in diuitijs: ſed in do
mino animam ſuam dicit eſſe lau
dandam.

**Nicolaus** ac ſi dicat.
De laudibꝰ
hominuʒ non curo qui frequenter
laudant quod eſt vituperabile et
ecōuerſo. ſed laudari a deo deſide
ro cuius laus eſt vera. Laudat au
tem deus hominem quando per ali
quem effectum vel ſignum prebet
ei virtutis teſtimoniuʒ. Et hoc mō
loquitur apoſtolus.ij. ad Corinth.
x°. Qui gloriatur: in domino glori
etur. Non eniʒ qui commendat ſe
ipſum ille probatus eſt: ſed queʒ
deus commendat. ⌊Laudiant man
ſueti et letentur⌋.

**Caſſiodorꝰ**
Non dicit lege docti: non ieiunan
tes: non pſallentes: ſed manſue
ti letētur qui caritate precipua ha
bere rerum omnium temperantiaʒ
conſueuerunt.

**Hugo** quia domi
num bene
dicunt tempore aduerſitatis ſicut
proſperitatis qui recte manſueti id
eſt manu aſſueti dicūtur: vt de dmī
māu bona et mala ſuſcipiant. hi er
go letentur me habere ſibi ſociuʒ.

**Caſſiodorus** Et que ſpiri
tualis gra
tia non vult ſola facere quod mul
tis proficit ad ſaluteʒ. ideo ad lau
dem dei vocat ſecum alios: dicens.
⌊Magnificate domino mecum⌋.

**Hugo** laudando et predicā
do eum eſſe magnū.

**Auguſtinus** Si amatis
deum rapi
te omnes ad amoreʒ dei qui vobis
iunguntur et qui ſunt in domo ve
ſtra: hortando: portando: rogando:
diſputando: rationem reddendo
ex manſuetudine et lenitate.

**Hugo** ⌊Et exaltemus nomē
eius⌋ per poteſtateʒ
et eius bonitatem.

**Collector.**
⌊in idipſum⌋ id eſt concorditer.
Tranſlatio romana habet: exalte
mus nomen eius in inuiceʒ: id eſt
in vnuʒ. Et hebraica tranſlatio ha
bet: exaltemꝰ nomen eius pariter.

**Caſſiodorꝰ** Quos ſignat
compoſitos
choros: quando ⁊ pſalmodiam do
mini alterna ſibi ſucceſſione rñdēt
**Hugo** Supra dixit. Magni
ficate dominū meū
hic cōſequenter oſtendit quomo
do ipſum dominū magnificat: di
cens. ⌊Exquiſiui dominum⌋ id
eſt ex toto corde queſiui ⌊⁊ exaudi
uit me⌋ ſicut ſubinfertur ⌊⁊ ex om
nibus tribulationibꝰ meis eripu
it me⌋ id eſt eripiet in futuro: cum
hoc mortale corpus induerit incor
ruptionem. **Auguſtinꝰ** Cum
fueris
illuminatus: cum ceperis hic habe
re bonam conſcientiam reſtant tri
bulatiões. quia reſtat aliquid in
firmum donec abſorbeatur mors
in victoria: et mortale hoc induat
immortale: neceſſe eſt vt in hoc ſe
culo flagelleris: ⁊ vt aliquas tem
ptatiões ſuggeſtioneſqꝫ patiaris.
**Hugo** Deinde hortatur nos
propheta ad commu
nionem noui ſacrificii: id eſt veri
agni manducationem per paſſio
nis eius fidem et imitationem: di
cens. ⌊Accedite ad eum⌋ fide et
opere ⌊⁊ illuminamini⌋ ab eo. quia
ipſe eſt lux
vera. **Nicolaꝰ** Et ideo
ſicut ac
cedens ad lucem corporalem corpo
raliter illuminatur: ſic accedens ad
deum per bonum mentis affectum
ſpiritualiter il
luſtratur. **Caſſiodo.**
Accedite non dicitur ebrioſis: nō
adulteris: non ſuperbis. ſed ſobri
ſis: caſtis: atqꝫ humilibus chriſtia
nis: qui illuminari de ſacra cōmu
nione merentur. Studendum eſt
enim vt qui ad deum accedit ita ſe
humili ſatiſfactōne moderetur vt
illuminari potiꝰ qꝫ cecari poſſe vi
dea
tur. **Auguſtinꝰ** Sed dicat
aliquis.
Tantis malis tantiſqꝫ peccatis one
ratus ſum: tanta ſcelera clamant de
cōſcientia mea: quomodo audeo
accedere ad deū? Quomodo? Si hu
miliaueris te per penitentiam. ⌊et
facies veſtre non confundentur⌋.
**Nicola.** Qui non patiemini re
pulſam in orationi
bus veſtris. Illius enim facies cō
funditur cuius peticio repellitur.
**Caſſiodo.** ⌊Iſte paup⌋
ſpiritualē pau
perem deſignat: qui non tantū mū
danis opibus: ſed vitiorum vber
tate vacuatur: qui accedens ad do
minum ⌊clamauit⌋ orando deuote.
⌊⁊ dominus exaudiuit eum⌋ quo
modo exaudiuit eum: ſequitur ⌊et
ex omnibus tribulationibus ſuis
ſaluauit eum⌋ quod accidere ſolet
iuſtis quando in ſancta cōuerſati
one morientes animas reddunt:
⁊ ſic de ſeculi iſtiꝰ clade cōfuſa. ad
ſecuritatem perpetuam transferū
tur. Et ne crederetur dominꝰ fideles
ſuos poſſe negligere preſenti eos
oraculo conſolat. Ideo ſubiungit.
⌊Immittet⌋ ſe inq̄ occulte ⌊ange
lus domini in circuitu timentium
eum⌋ videlicet dominum ⌊et eripi
et e
os. **Ieronimꝰ** Vallabun
tur ego pre

ſidio angelico qui de cordis puritate timuerūt Caſſio. Propter
deum. enī inſo
lentiam humane fragilitatis non
palam facit: ſed occultis immiſſioni
bus operatur vt te neſciente pro ſa
lute tua quod expedire poſſit acci
pias. Angelus autē miniſter eſt
voluntatis diuine. Quapropter ſi
vis te angelum fieri fac quod preci
pit vt liberes periclitātē: ſubueni
as anxio: eripias innocentem: et
cetera que iubet diuina auctoritas
Tunc enim ſpiritu angeli ſumus
quando miniſtri ſuperne volunta
tis efficimur. Deīde redit ad domi
ni ſanctiſſimam cōmunionem: di
cens. Guſtate. Hoc non perti
net ad palatum: ſed ad anime ſua
uiſſimum ſenſum qui diuina con
templatione ſagīnat. Naz vt ipm
guſtuz intelligeres: ſequitur. Et vi
dete. oculo fidei: vt cuz tale corpus
accipimus vite nobis concedi gra
tiam confidamus. Et vt ipſaz com
municationem non ad corpus diui
uine traheres: ſubdit. Quoniā ſu
auis eſt do Nicola. Et quia
minus. p̄guſta
tio diuine dulcedinis auget ſpez be
atitudinis future. ideo ſubdit. Bea
tus vir qui ſperat in eo. et non in
incerto diuitiarum: neqꝫ in homi
mori Auguſti. Hoc q̄d op⁹
tuco. eſt diu expo
ni. Quiſquis non ſperat in domio
miſer Hugo Et ne ſpes in pre
eſt. ſumptōnem lu
xuriet. ideo ſubdit. Timete domi
num omnes ſancti eius.

Jeroni qui firmi ſtatis in p
. miſſis eius timete ne
accepta ſecuritate decipiamini.
Caſſiodo Sed quid vtilita
tis timor ei⁹ ha
beat conſequenter oſtendit: dicēs
Quoniaz non eſt inopia ſpiritu
alium bonorum timentibus eū:
O breuis ſentencia. O immenſa
promiſſio. Poſſunt aliquo egere
quibus diuitie: quibus ſalus cor
poris: quibus regna tribuūtur. So
lus ipſe nihil indiget qui domini
timore dita Nicola⁹ Ex hoc
tus eſt. enī qꝫ
ſentit in ſe dei graciam ſufficit ei de
us pro omni bono. imo alia bona
ei deſipiunt et vileſcunt: niſi quan
tuz neceſſitas exigit. E cōuerſo eſt
de cupidis huius mundi: quibus
omnia deficiūt. Propter quod ſub
ditur. Diuites eguerunt. ſcd̄m
ſenſū quē Jeroni in epiſtola
dicit la ad Pau
linum. Antiquum dictum eſt: aua
ro deeſt tam quod habet qꝫ quod
non habet. ideo ſubditur. Et eſuri
erunt. quia non audent frui bonis
habitis ſed ea relinquūt aliis. In
quirentes autem dominum fide et
deuotōe non minuentur omni bo
no. quia abundant in bonis ſpiri
tualibus. Temporalia vero bona
quantūcunqꝫ modica eis ſufficiūt:
imo pro diuitiis computātur. Vn
de dicit apoſtol⁹ .i. ad Thimoth.
vi. Habentes alimenta et quibus
tegamur his contenti ſimus. Et
Jeronimus in epl'a ad
Paulinum.
l.iiii.

Victus ⁊ veſtitus diuitie ſunt xp̄ianorum. Aliter. **Jeroni.** Multi ſunt mūdi locupletes ⁊ egent gloria dei de quibꝰ fuit ⁊ diues ille ante cuius ianuaꝫ Lazarus decumbebat qui ſitiēs in tormentis quia non fecerat miſericordiam: non meruit accipere guttam. Inquirens autem Lazarꝰ nō purpuras: ſꝫ celeſtia regna meruit in ſinu Abrahe bonis omnibus adimpleri. **Nicola.** Deinde hortatꝰ fideles ad bonum vite actiue que cōſiſtit in vitatione peccati: et in operatione boni ad proximū. Et quia timor domini facit vitare peccatum. ideo ſubiūngit. Venite filij [per deſideriū diſcipline] audite me: timorem domini docebo vos [qui eſt initium ſapientie iuſtorum.

**Jeroni.** Sancti filij dei dicūtꝰ. Juxta quod dictū eſt in euangelio. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis poteſtatem filios dei fieri. **Nicola.** Quis ē hō qui vult vitam [ſcilicet eternaꝫ in qua nullus moritur] et diligit dies videre bonos [in beatitudīe celeſti vbi dies non interrūpentur noctibus: faciat ſupple quod ſequitur. Prohibe linguam tuam a malo [blaſphemie ⁊ contemptus dei: ac ſimilium] et labia tua ne loquantur dolum [ſcilicet deceptionis: detractionis: ⁊ falſitatis contra proximuꝫ. Diuerte a malo [vitando peccatū opis] ⁊ fac bonum [Iſte ſunt due partes iuſticie.

**Jerōni.** Mala oīa a diabolo li inſtinctu procedūt ſicut bona a dei gratia. Relinque ergo que inſtigat diabolus: ⁊ opera re que precipit chriſtus.

**Caſſiodo.** Quia ad cōſequēdam vitam eternam non ſufficit tantum a malis actibus abſtinere: niſi nos pietas compellat et bona peragere. Nam primus virtutis gradus eſt aliena non querere. Eſt iterum ſuperior egentibus propria non negare In illo culpam refugimus: in iſto palmaꝫ pietatis acquirimus. Sciens autem propheta in hoc agone ſeculi cum corpore pacem fideliſſimos non habere: ⁊ cum ſuis vitijs hic illis continuum eſſe certamen pulcerrime ſubiunxit. Inquire pacem] que eſt ſummum bonum in hac vita. **Hugo** Vel pacem inquire: id eſt interius in conſciētia quere. quia exterius non eſt niſi belluꝫ et conturbatio. Vnde Johan. xvi°. In mundo preſſuram habebitis: in me autem pacem. Et perſequere eam]. id eſt perſeueranter ſequere vt cōprehendas eam. **Nicolaꝰ** Rō ſit quādo per bona opera homo ad pacē eternam pertingit. Deīde agit de fructu bonorum operum et maloruꝫ. et primo narrat premiuꝫ iuſtorū dicens. Oculi domini ſuper iuſtos [tanq̄ ſuper ſpecialiē dilcōs.

**Caſſiodo** in quo continuam diuinitatis gratiam oſtendit vt aſpectus im

mobilis ſuper eos eſſe videatur. Subiungitq; exauditionis velociſſimam celeritatem: dicens. [Et aures eius in preces eorum].

**Jeroni** Quicquid cogitant ſancti de bono: exaudit illos. quia deus videt et audit nos: propterea nos faciamus voluntatem eius.

**Caſſiodo** Expoſita iuſtorum gratia: nunc conuertitur ad penas malorum: dicens. [Vultus autem

**Nicola** ſcilicet ire domini.] et turbationis [ſuper facientes mala] ad puniendum eos. Ideo ſubditur. [Vt perdat de terra] viuentium [memoriam eorum].

**Caſſiodo** quia non erit iniquorum inter iuſtos commemoratio. Nam qui de memoria domini exeunt ad eterna ſupplicia ſine dubitatione perueniunt.

**Nicola9** Et aliquando etiam perdit memoriam eorum de terra preſentis vite que eſt morientium. quia poſt eorum vitam non remanet fama: ſed infamia de eis. Vnde Prouerb. x°. dicitur de eis. Memoria iuſti cum laudibus et nomen impiorum putreſcet.

**Jeronim9** Que de auribus oculis et de vultu dicuntur non ad corporationem deitatis: ſed maieſtatis potentiam referenda ſunt. Iterum conſequenter redit ad iuſtos: ſubdens.

**Nicola** [Clamauerunt iuſti] deuote orando. [Et dominus exaudiuit eos] promouendo eos in bonis [Et ex omnib9 tribulationibus eorum liberauit eos] protegendo eos a malis ſpirituali

**Auguſti.** Dicat aliquis: ego clamaui et non me eruit: aut ego non ſum iuſtus: aut non facio que mihi iubet: aut forte ille me non videt. Noli timere: tantum fac quod iubet. et ſi te non eruit corporaliter: eruet tamen ſpiritualiter.

**Nicola.** Sepe enim etiam liberat dominus iuſtos a tribulationibus corporalibus: ſicut liberauit danielem de lacu leonum et tres pueros de camino ignis vt confunderentur carnales. Perfecte tamen liberat eos quando ducit eos ad requiem de malis preſentis vite: ſicut fecit omnes martires.

**Jeroni** [Iuxta eſt dominus] videlicet auxilio et non loco. quia deus non eſt localis [his qui tribulato ſunt corde].

**Nico** quia ſemper paratus eſt aut eos adiuuare liberando: vel virtute patientie tribuendo ad maius meritum ipſorum.

**Jero** [Et humiles ſpiritu ſaluabit] vt eis celeſtia regna largiatur. [Multe tribulationes iuſtorum].

**Caſſio** quia eos diabolus validius inſequitur: et homines per inuidiam ipſos frequenter affligunt. Quod aliquando dominus permittit vt per patientie meritum veniant ad maius premium. Ideo ſubdit.

**Nic.** [Et de omnibus his liberauit eos dominus] quia tranſlati ad requiem liberabuntur ab omnibus preſentis vite penalitatibus. [Cuſtodit dominus

omĩa oſ **Caſſiodo** Oſſa fi
ſa eorũ. delium
dixit eſſe pacientiam: manſuetudi
nem: ceteraſqꝫ virtutes que perire
in ſanctis nequeũt: que a domino
cuſtode ſeruant. Vñ ſubdit. Vnũ
ex his non conteretur. Hoc ad li
teram non poteſt affirmari cũ mul
torum martirum oſſa ↄfracta ſint.
ſed de virtutibus vt dictum eſt.

**Ni**. q̃s dñs cuſtodit illeſas ſina
lit i electis ſuis. Mors pec
catoꝝ peſſima. q mors peccatoruꝫ
decedentium in mortali peccato a q̃
non eſt poſſibilis reuerſio quoni
am i gehẽna ſine fine torquebunt

**Auguſti**. Attendite fratres
quomodo domin⁹
reſpicit mala cogitantes et dicen
tes. Ille quidem male mortuus eſt
cum iuſtus eſſet a beſtijs conſum
ptus eſt. non erat ille iuſtus ideo
male perijt. Naꝫ nõ periret ſi iuſt⁹
eſſet. ergo ille iuſtus eſt qui in do
mo ſua in lecto ſuo moritur. Audi
deum: mors peccatoꝝ peſſima. Que
tibi videtur bona peſſima eſt. quia
licet vides foris iacentem in lecto:
nũquid vides raptũ ad gehennã. ꝛc.

**Caſſio**. Morteꝫ ergo peccato
rum dicit illam que
ab homine non poteſt intueri. Naꝫ
ſi ad iſtam mortem reſpicias que
noſtris oculis patet frequenter in
uenies diuites peccatores pompo
ſis apparatibus decenter efferri q̃s
ſic familia plangit vt pios fuiſſe
humanis auribus mentiat. Quid
de precioſis referamus odoribus
quibus et poſt mortem eorum mẽ
ſtra corpora cõndiũtur: quod tan
to ſtudio: tanto apparatu peragit
vt in funeribus ipõꝝ ſuperſtitum
vita re **Auguſti**. Quali emꝫ
creet. morte mor
tuus eſt paup Lazarus docet euã
gelium qui viderat corpus eius ia
cere ante ianuam diuitis ꝛ non eſt
qui ſepeliret. q̃ſi forte diceret. Sic
moriatur inimicus meus: ꝛ illum
qui me perſequitur ſic videam. Exe
cratur corpus: ſtupor: patent vul
nera: ꝛ ille in ſinu Abrahe requieſcit

**Caſſiodo** Quãta emꝫ pom
pa vt credimus
purpuratus ille diues ad ſepulcꝝ
perductus eſt qui guttaꝫ aque fri
gide a Lazaro paupe poſtulauit. ꝛc.

**Auguſtin⁹** Diſcite g̃ quid
ſit mors pecca
torum peſſima: ꝛ nolite interroga
re quantis pompoſitatibus ſepelia
tur cadauer: ſequitur. Et qui ode
runt iuſtum delinquent.

**Nicolaus** Quia obitũ fra
trum eſt oc
caſio multorũ malorum: ſicut eõ
trario amor ꝓximi eſt cauſa bono
rum. quia qui diligit proximuꝫ le
gem impleuit: vt habetur ad Ro
manos. xiij. Redimet dominus
animas ſeruorum ſuorũ. hoc fuit
impletum in chriſto dño qui nos
redemit precioſo ſanguine ſuo. Et
nõ derelinquet. ſinaliter. omnes
qui ſperant in eo. ſpe formata cari
tate que prouenit ex gratia et me
ritis. ꝛ hoc intelligenduꝫ eſt de pre
deſtina **Auguſtin⁹** Iſte ẽ
tis. mod⁹

humane iuſticie vt vita mortalis
quantumlibet proficiat que ſine de
licto eſſe non poteſt. in hoc non de
linquat dum ſperat in eum in quo
eſt remiſſio peccatorum.

**Caſſiodo.** Peracta ſunt
pſalmi hui9
ſacroſancta miſteria vbi ſic miſſa
rum ordo completus eſt vt eum cõ
ſcriptum putes temporibus chri
ſtianis. Hic etenim hymnorum or
do decurſus eſt. hic ad communio
nem deuotus populus iubetur ac
cedere. hic etiam genus humanuꝫ
et iuſtorum bonis inuitatur et ma
lorum vltione terretur.

**Collector** Hic fideles quiqꝫ
ad laudandum
omni tempore dominum inuitant
quem ſupplices exoremus vt ipſe
nos faciat ſic proſpera mũdi deſpi
cere: nullaqꝫ eius aduerſa formida
re quatin9 ad gaudia ſempiterna
mereamur peruenire per chriſtuꝫ
dominuꝫ noſtrum: qui eſt benedi
ctus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

## Pſal. xxxiiij.

**I**Udica do
mine nocentes me.
Titulus eſt talis:
pſal. ipſi dauid.

**Caſſiodo.** Dauid ſicut ſe
pe dictum eſt
duas ſignatões complectitur: vi
delicet manu fortis ⁊ deſiderabilis.
quod vtrũqꝫ domino ſaluatori cer
tum eſt conuenire. Manu fortis eſt
quia mortis noſtre captiuitatem
cũ impio auctore diabolo ꝓſtrauit

**Jeronimus** Tetigitqꝫ lo
culum et ſur
rexit iuuenis filius vidue qui ⁊ fe
cit omnia. Deſiderabilis eſt. quia
in tantum deſiderant ſancti videre
chriſtum vt etiaꝫ corpora ſua pro
ipſo tradant in martiriũ. Eſt eniꝫ
pſalmus iſte inuocans deum con
tra inimicos in tribulationib9 hu
ius ſe
culi. **Gloſa** In quo chriſt9
loquitur nunc
in perſona ſua: nũc in perſona cor
poris id eſt fidelium ſuorum.

**Nicola.** Et primo chriſtus
loquens ſcd̃m ſuaꝫ
humanitatem petit a patre ſeu to
ta trinitate auxilium protectionis:
et dicit.

Vdica domine] iudicio condemna
tionis [nocen
tes me]. **Caſſi.** ⁊ diabo
lum cuꝫ
miniſtris ⁊ ſequacib9 ſuis ꝑ quos
ꝓuenit iudaice voluntatis iniqui
tas. Ipſos petit delere dãnari q̃s
virtute ꝑſcientie ſue nouit ad peni
tudinis remedia nõ venire. [expu
gna impugnãtes me]. Merito ſpi
ritus immũdi impugnatores dicũ
tur. quia licet ſanctos vincere neq̃
ant: contẽdere tamen cũ eis impro
ba voluntate non deſinunt. [Ap
prehẽde arma ⁊ ſcutum et exurge
in adiutori
um mihi]. **Nico.** Loquitur de
um more hu
mano quo aliquis volens auxili
uꝫ preſtare alicui munit ſe armis
ad inuadẽduꝫ: ⁊ ſcuto ad defẽdendũ

**Jeroni.** Arma domini prote
ctio diuinitatis eſt.

**Auguſtin⁹** Scitu3 eſt di uinitatis de q̄ in alio pſalmo dicit. Domine vt ſcu to bone voluntatis tue coronaſti nos

**Jeronim⁹** Magnum ſpecta culum eſt videre deum armatum pro te. Quid forti us: quid pulcrius q̄ chriſtum ar matum ſtare pro ſuis ſanctis. &c.

**Gloſa** [ Effunde frameā ] id eſt multiplica vin dictam [ et conclude ] id eſt concluſi onem fac [ aduerſus eos ] ne eua gentur nocendo [ qui perſequūtur me ] videlicet viſibiles et inuiſibi les ho ſtes.

**Collector** Hunc ver ſiculū trāſ latio hebraica ſic habet: euagina gladium & preoccupa ex aduerſo perſequen tes me.

**Auguſtinus**

Et quia inuiſibiles hoſtes ſuggerūt humano cordi: niſi quia deus non eſt nobis adiutor: vt requirentes alia adiutoria: inueniamur inua lidi & ab ipſis inimicis capiamur Contra quos dicit̄ hic [ dic anime mee ] per reuelationem interiore3. [ ſalus tua ego ſum ] vt neminem p̄ter te requirā i adiutoriū i iſtis tē poralib⁹ anguſtijs Per angelum ſubuenit deus et per hominem: ſed eternam vitam non dat niſi de ſe.

**Caſſiodor⁹** Deinde poſtu lat correctio nem hominum inimicoru3: dicens [ Confundantur ] id eſt facta ſua erubeſcant [ & conuertantur ] id eſt emendati volant quem perſequē dum eſſe putauerunt [ querentes animam meam ] id eſt vitam me am perdere & non imitari. [ Auer tantur retrorſum ] a malis ſuis vt corrigantur. Nam et chriſtus Pe tro qui ſalutē eius humanitus vin dicabat: dixit Redi retro me ſatha nas. Non vt periret: ſed vt domini voluntatem felici emendatione ſe queretur. Addiditq3. [ et confundā tur ] id eſt erubeſcāt de ſuis prauis actibus [ cogitantes mihi mala ] tam iudei heretici q̄ gentiles: qui preter religionem catholicam aſſe rere aliq̄: praua intentiōe feſtināt.

**Hugo** Deinde chriſtus vel propheta imp̄catur non optando: ſed prophetando ho minibus pertinacibus mala que ſequūtur. Vnde dicit Auguſtin⁹. [ Fiant tanqua3 puluis ante faci em venti ] Ventus temptatio eſt. puluis ini quitas.

**Gloſa** Ex dictis Auguſti ni: ac ſi dicat. Facile cedāt omni tē ptationi. [ Et angelus domini ] ma lus & diabolus ſit [ coartans eos ] id eſt affligens cum ipſa ſuggeſti one: etſi aliquando per rationem reſiſtant. [ Fiat via illorum ] id eſt vita eo2 [ tenebre ] id eſt igno rantia vt non videant nociua ad vitandum [ & lubricu3 ] id eſt luxu ria: vt his vitijs tanqua3 quibuſ dam vijs in baratru3 mortis deſcē dant [ & angelus domi ] malus ſit etia3 [ perſequens eos ] vt quia in lubrico ſūt: diaboli impulſu ſemp ad vitia cadāt. Et ſi q̄s queāt: quo merito ſint eis tāta mala: rn̄det cō ſequēter: dicēs. [ Quoniā ḡtis ] &

eſt ſpecialiter vox chriſti de iudeis
quoniaꝫ gratis hoc eſt ꝗbus non
nocui ⌊abſconderunt⌋ ſcilicet iudei
⌊mihi interitum laquei ſui⌋.
**Hugo** ⁊ inſidias faciebant
eī vt me ad mortem
traherent. Et bene dicit laquei ſui.
**Jeroni.** qꝛ per hoc ipſi ſemet
ipſos laqueauerunt
in mortem ⌊ſu⌋ **Hugo** ⁊ inuti
peruacie⌋. liter et
ſine cauſa ⌊exprobrauerūt⌋ ⁊ op
probrioſe et contumelioſe accuſa
uerunt ⌊animam meam⌋ ⁊ vitam
meā corpaleꝫ vt me morti traderēt
**Glo.** Ueniat illi⌋ populo iu
daico ⌊laqueus⌋ captiui
tatis ⌊queꝫ ignorat⌋ futurū eſſe.
**Jero.** Excidium illud minatur
quod temporibus Ve
ſpaſiani ſup hunc ppl'm aduenit.
**Gloſa** ⌊et captio quam ab
ſcondit⌋ videlicet mi
hi ⌊apprehendat euꝫ⌋ ⁊ ſimiliter ca
piat a Tito et Veſpaſiano ex im
prouiſo ſicut me ceperunt. ⌊⁊ in la
queum⌋ mortis ⌊cadat⌋ dictus po
pulus ⌊in ipſum⌋ .ſ. laqueū. videli
cet vt eodem modo interficiantur ſi
cut me inter **Aug⁹.** Nōne hoc
fecerūt. factuꝫ eſt
iudeis eī nocere volētibus eī quid
Anima mea exultabit in dño⌋
viꝫ in eo a quo audierit: ſalus tua
ego ſum: tanq̄ nō querens extrin
ſecus alias diuitias: nec circūflue
re voluptatibus boniſq̄ terrenis.
ſed ipſuꝫ amans gratis ⌊⁊ delecta
bit ſup ſalutari ſuo⌋ ⁊ in xpō filio
p quē ſaluati ſum⁹ Omnia oſſa
mea di **Cas.** Oſſa nec ſenſū nec
cent⌋. vocē habē manife
ſtū ē: ſꝫ p ipſa fortitudo animi ⁊ cō
ſtātia mētis debet itelligi q̄ merito
oſſib⁹ ꝯpantꝛ: qꝛ ſic oſſa corpus ꝯti
nēt ita ⁊ hec ſcās roborāt volūtates
dicunt ꝙ ⌊dñe quis ſimilis tibi⌋. c
Quis negatiuū eſt: quaſi dicat nul
lus. quia multuꝫ diſſimilis eſt cre
atura creatori. Illa ſeruit: iſte dña
tur. Eripiens inopeꝫ de manu
fortiorum eius⌋ ⁊ ſpirituuꝫ immun
dorum ⌊egenuꝫ ⁊ pauperem a diri
pientibus eum⌋ hoc eſt a demoni
bus. In iſto verſu exponit qd ſup̄
dixit: quis ſimilis tibi. Nam cum
diabolus manu ⁊ poteſtate ſua te
neret pene totum genus humanū
de illa poteſtate obnoxium ⁊ obli
gatum vel reum: conſtat incarnati
one verbi fuiſſe liberatuꝫ. Hec tria
ſcilicet egenum: inopeꝫ: ⁊ paupeꝫ
in vnum ſunt collecta: vt ipſa con
ditionem generis humani preſſaꝫ
calamitatibus indicarent. Inops
enim dicitur quia mortalis effcūs
eſt. Egenus quia in laboribus ⁊ ſu
doribus paneꝫ queſiuit. Pauper
quoniaꝫ de illa ſapientia ⁊ purita
te deiectus ſolam tenueꝫ ⁊ vmbra
tilem ratiunculam poſſidebat. Naꝫ
quis dicat eos vere ſapuiſſe q̄ au
ctoris ſui probantur ſcientiam nō
habe **Hugo** Deinde oſtendit
re. propheta in per
ſona chriſti q̄ maligne iudei egerīt
aduerſus chriſtū: dicens. Surr
gentes teſtes iniqui⌋. de quib⁹ di
citur Math. xxvi. Cū multi falſi te
ſtes iniq̄ acceſſiſſent ⁊c. ⌊q̄ ignorabā

interroga bant me. **Caſſ.** Ignorabat ei dominus blaſphemare qđ ei princeps ſacerdotũ ſciſſis veſtib⁹ imputabat qñ dixit Videbitis filiũ hoĩs ſedentē ad dexterã p̄ris. Et ſubſecut⁹ eſt princeps iudeorum: dicens. Blaſphemauit: quid adhuc egem⁹ teſtib⁹. Ignorabat ergo dñs mẽtiri et blaſphemare de quo fuit interrogatus.

**Iero.** Retribuebãt mihi mala pro bonis. qꝛ exhibentē me vitam condemnauerũt morti: et ſimiliter retribuebant ſterilitatem anime mee. et mihi qui fecundidatem bonoꝝ celeſtiũ ꝓmittenti vite penuriam et mortẽ intulerunt.

**Hugo.** Ego autẽ cũ mihi moleſti eẽnt. ſ. iudei: clamantes crucifige crucifige eũ. induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam meam.

**Caſſ.** Scđm hiſtoriã nuſq̄ legis dñm fuiſſe vſum cilicio: nec ipſum tempe paſſionis ieiunaſſe. Ciliciũ fit ex ſetis: et ẽ aſperum tegumentũ penitentiũ. Ergo domin⁹ q̄ carnē peccati aſſumpſit ciliciũ ſe induiſſe ꝯmemorat Quia dum iudei p cõtumelias et inſidias ei eſſent moleſti: ille diuinitatē ſuam carnis velamie tenebroſis mẽtibus occultabat. qꝛ non merebantur agnoſcẽ quē tali ĩpietate tractabant. Et humiliauit ſe dñs ĩ ieiunio quoniã de induratis iudeis nõ inueniebat quos in epulas ſpũales aſſumeret. Ieiunauit ergo dominus. qꝛ ſe ei incredula turba ſubtraxerat. Sequitur. Et oratio mea. qꝛ pro crucifixoribus meis orauit dicens. Pater ignoſce illis: qꝛ neſciunt qđ faciũt. In ſinu meo conuertetur. qꝛ dũ eam deteſtabiles iudei minime ſuſcipe mererẽtur in ſinu eius et in ſecreto pectoris vnde fuerat egreſſa: remeabat. Si enĩ in peccatoribus fuiſſet opata: nõ conuerſa vtiq3 diceretur: ſed effuſa. Quaſi ꝓximũ q̄ſi fratrē noſtꝝ ſic complacebã. Hic ꝓ ablatiuis accuſatiui caſus ſũt poſiti p figurã que dicitur anthiteſis: quando caſus pro caſu ponitur. Dicit ḡ: quaſi de proximo et quaſi de fratre nr̃o ſic complacebã et de eoꝝ affinitate gaudebã: q̄ me hoſtiliter inſequebantur. Et etiam cõplacebat in illis deo patri quãdo pro ipſis patri in cruce poſitus ſupplicabat. Ipſa eſt enĩ pfecta retributio ſi ꝓ odio gratia et beneficiũ ꝓ leſione p̄ſtet.

**Hugo.** Quaſi lugens et contriſtatus de peccatis eorum ſic humiliabar compaciendo eis. Lugebat chriſtus vt dicit Luc. xix. Videns ciuitatem hieruſalem fleuit ſuper eam. Sed domino flente illi letabãtur. Vnde ſubditur. Et aduerſum me letati ſunt iudei: quando Iudas ꝓmiſit me traditurum Marc. xiiii. et cõuenerunt ad tractandũ de morte mea Math. xxvi.

**Caſſiodo.** Cũ chriſt⁹ dñs pi⁹ contriſtaretur iudei impii libertate letabantur. Sed diuerſa erit iſta retributio. chriſtus gaudebit de triſticia ſua: et iudei erũt de propria exultatione cruciandi.

Hugo [congregata ſunt ſu
per me flagella] · q̄
chriſtus fuit flagellatus [et igno
raui] id eſt ad modum ignorãtis
me ha Jeronim⁹ Vl' igno
bui. raui pec
catum: id eſt conſcientiam pecca
torum non habui quare debebam
ſic flagellari et crucifigi.

Caſſiodor⁹ D Iſſipati
ſunt] quã do
in paſſione domini ſol obſcuratus
eſt: terra contremuit: velu templi
ſciſſum eſt Et cum hec tanta fuerẽ
oſtenſa miracula [nec cõpũcti] id
eſt non ſunt cõuerſi vt agerent pe
nitentiam [temptauerũt me] quã
do dixerunt dic nobis ſi tu es chri
ſtus. [ſubſannauerunt me ſubſã
natione] dicentes. Alios ſaluos fe
cit ſeipſum non poteſt ſaluu face
re [frenduerunt ſuper me dentibus
ſuis] ex crudelitatis magnitudine
clamantes crucifigatur Hoc totũ
ad magnam humani generis edi
ficationem refertur: ne membra ſi
bi exiſtiment onero ſu pati: quod
caput ſuum ſuſtinuiſſe cognoſcunt.

Hugo Poſtea petit chriſt⁹
ſe liberari ab eis in re
ſurrectiõe: dicens D Omine quã
do reſpicies me] ab ipſis liberãdo
[reſtitue animã meam] corpori
in reſurrectione [a malignitate eo
rum] liberatam [et erue a leonib⁹]
id eſt a iudeis qui dicuntur leones
propter fortitudinem malicie ſue.
[vnicam meam] id eſt animam me
am: vel carnem meam: que ſola cõ
cepta fuit ſine peccato Deinde chri
ſtus percepto munere reſurrectio
nis profitetur ſe in toto orbe domi
no confiteri: dicens C Onfitebor
tibi domine] confeſſione laudis
[in eccleſia magna] · quia in toto
mundo diffuſa et ex oĩ gẽte collectã.

Jeronim⁹ [in populo gra
ui] id eſt in fide
li populo chriſtiano firmiter pre
cepta cuſtodienti qui non eſt leuis
ad peccan Caſſiodo [lau
dum. dabo
te] · quia a leuib⁹ et fide vacuis vti
q blaſphe mat. Hugo Poſtea pe
tit chriſt⁹
vt intentio et votum iudeorum ini
micorum ſuorum fruſtretur: dicẽs
N On ſupergaudeant mihi] no
men meũ delendo. Gauiſi ſunt q̃p
pe in morte domini. Sed ſupergaui
ſi eſſent ſi nõ reſurrexiſſet. [qui ad
uerſantur mihi inique] id eſt pſe
quũtur me iniuſte. [q̃ oderunt me
gratis] quia non merui: nec eis no
cui [et annuũt oculis] id eſt nuti
bus et ſignis alios inuitant ad me
temptandũ et pſequendũ. Deinde
ꝑdicit iudeoꝝ nephãda doloſitas
cũ ſubdit. Q Voniã mihi quidẽ
pacifice loquebant] dicẽtes Mat.
xxij. Magiſter ſcim⁹ quia verax es.
[et] tñ [in iracundia terre loquẽtes
dolos cogitabãt] qd ſic debet legi
vere pacifice loquebantur. et tamẽ
ſic loquẽtes: cogitabãt dolos quõ
me caperent in ſermone et hoc: in
iracundia terre: id eſt pro terrenis
habita: ſcilicz ne amitterent locũ
et gẽtẽ vt dĩ Johã. vi. Trãſlatio
rõana h: et ſup irã doloſe cogita

bant. [E]T dilatauerunt ſuper me
os ſuum quando clamabant. cruci
fige: cruci **Caſſiodo.** O ſce
fige. leſtum
et prauum facinus negabat iudex
fieri quod populus clamabat im
pleri. Dixerunt euge euge viderunt
oculi no **Jeroni.** Ac ſi dicat.
ſtri. Bene vide
mus quod expectauimus et quod
videre volebamus: vt videlicet cum la
tronibus in cruce penderes: ille vir
tutes quas faciebas nihil erant.
Euge in hoc loco eſt interiectio deri
den **Caſſiodo.** Et quamuis
tis. iudeos eu
ge euge dixiſſe in euangelio non le
gatur: ſimilia tamen inſultationum
verba locuti ſunt vt vna res per ſer
monum varietates veraciter pro
betur eſſe **Collector.** In tranſ
narrata. latione
hebraica habetur: vach vach vidit
oculus noſter. Enumeratis pecca
tis inimicorum petit retribui tam
ſibi pro pacientia quam illis pro nequi
tia. Vnde **Jeroni.** [V]Idiſti
dicit. domine pa
ter .ſ. illuſiones eorum. Ac ſi dicat
Vidiſti illos ad iudicandum: te in
teſtimonium **Caſſiodo.**
aduoco.
Ne ſileas et non differas dare ſen
tentiam quod vtique tacendo non po
teſt fieri: ſed loquendo. Domine ne
diſcedas a me et ab humanitate
mea que ſubiacet paſſioni: ſed po
tius. [E]Xurge in adiutorium me
um: et intende iudicio meo quod
pertuli a iudeis. videlicet iudicium
ſine iure: tormenta ſine ſcelere: mor
tem ſine peccato. Bene autem dixit
meo: quod reuera pertulerat deus
meus et dominus meus. reſpice
in cauſam meam et non in penam
meam. Pena enim ſceleratis vi
debatur eſſe conſimilis. Cauſa ve
ro talis cum nullo poterat eſſe com
munis. Sed que eſt iſta cauſa que
a deo petebatur intendi: ſcilicet vt qui
dare venerat ſalutem humano ge
neri ab infamis et perfidis pateret
occi **Auguſtin.** [I]Vdica
di. me ſecundum iu
ſticiam tuam domine deus meus.
id eſt ſecundum cauſam meam et non ſecundum penam.
**Jeroni.** Et non ſupergaudeant
mihi et non pati fiat
vltra os prauum eorum ad me deuo
ran **Collect.** Vnde in tranſla
dum. tione hebraica
ſic habetur: et non inſultent mihi ſi
cut iam fece **Hugo** [N]On
runt. dicant in
cordibus ſuis euge euge anime no
ſtre gaudentes de morte mea: et me
deridentes ſicut prius fecerant nec di
cant comminando deuorabimus eum
id eſt non iactent ſe quod extinxerunt
nomen ſuum: ſed potius. [E]Rubeſcant
de pecca **Aug⁹** Qui erubeſcit a
tis ſuis. ctus ſuos propria
eſtimatione damnat et reuereantur ſi
mul et omnes timeant penas.
**Jeroni.** Qui gratulantur mal
is meis et non ſolum qui
faciunt: ſed etiam qui conſentiunt
facienti **Caſſio.** [I]Nduantur
bus. pudore quaſi
quadam veſte lugubri contra auda

ciam quam habuerunt furentes.
et ſimiliter iduãtur reuerẽtia
cõtra impudentiã falſitatis. Reue
rentia eſt timor cum amore permi
xtus. qđ illis cõuenit qui volũtate
ſinceriſſima confeſſionis munera
cõſequũtur.

**Hugo**

Et addit qui ma
ligna lo
quũtur ſup me detrahendo vel ia
ctando cũ dicit: euge euge. Poſt
q̃ de perſecutoribus ſufficienter di
ctũ eſt: venit ad partem fidelium
optans eos ſumma beatitudinis
exultatione compleri. Vnde dicit.
Exultet in corpe et letentur
in ſpiritu qui volũt iuſticiam me
am imitari q̃ fuit in me: de q̃ Mat.
v. dicitur. Beati qui eſuriunt et ſi
tiunt iuſticiã. et dicant ſemp ma
gnificetur dominus in nobis.

**Glo**

et vſq; in finẽ ſeculi ma
gnificetur ſicut iam ma
gnificatus eſt in cõuerſiõe q̃rũdã.

**Hugo**

Vi autẽ dicunt ſemp
magnificet̃ ſicut iam
eſt magnificatus dñs qui volunt
pacem ſerui eius i. pacem peccato
ris quam chriſtus p pace carnis
ſeruus dei patris habuit: et ſuis re
liquit dicens Joh. xiiij. Pacem re
linquo vobis: pacẽ meam do vob.
Sed. Et lingua mea meditabi
tur iuſti ciã tuã.

**Glo**

Meditatio eſt cor
dis non lingue: ſ;
ita vox chriſti conſonat cordi vt
qđ eſt cor dis dicat ori.

**Caſ.**

Lingua xpi me
ditata eſt iuſti
ciã; q̃n nouũ teſtamentũ populis
p̃dicauit.

**Hugo**

Et vir iuſtus di
cit. lingua mea
meditabit̃ iuſticiam tuã; i. loque
tur de iuſticia tua quam cor prius
fuit meditatum. Sequit̃. tota die
laudem tu am.

**Caſſio**

S; q̃ hũa
nitati ĩpoſ
ſibile videtur deũ cõtinua voce lau
dare ad intellectũ nos bonoꝝ actu
um transferam⁹. q̃ ſp deũ laudat
q̃ in omni voluntate ſua diuina iuſ
ſa conſiderat.

**Auguſti**

Quando ca
ritas hym
num cantat: lingua tua laudat de
um. et quotiens tu ceſſaſti ab hym
no cantando: diſcedis vt reficiaris
noli inebriari et laudaſti deum. di
ſcedis vt dormias noli ſurgere ad
malum faciendũ et laudaſti deũ.
negocium agis noli fraudem age
re et laudaſti deum. quicq̃d egeris
bene age: et laudaſti deum.

**Caſſiodo.**

Conſideremus
chriſtum domi
num quanta nobis diſpenſatione
loqui dignatus eſt in hoc pſalmo
qui ſecundus eſt eorum qui paſſi
onem et reſurrectionem eius lati⁹
intimare noſcitur. Fecit enim ab
oratione principium. deinde paſſi
onis et reſurrectionis ſue ventura
narrauit. poſtremo finit ĩ ſpe et ex
ultatione. Quapropter exemplo
domini gaudeamus in cladib⁹: ex
ultemus in periculis: quatinus va
leam⁹ conregnare ĩpo dño nr̃o Je
ſu chriſto qui cũ patre et ſpiritu ſã
cto viuit et regnat ĩ ſecula ſeculoꝝ
Amẽ.

## Pſalmus. xxxv.

Dixit iĩuſtus titul⁹ talis ē·in finez Fuo domi mi dauid. **Hug**
Ex gloſa in hoc pſalmo oñdit omnia bona eſſe non a nobis: ſed a deo Mala autem a nobis. Et agit ꝑprie cõtra errorem dicentiũ mala eſſe ex cõſtellatione: ex fato: ex vitio nature. bona autem ex homine ⁊ libero arbitrio. Vnde ſenſus tituli tal' eſt. Pſalmus tendens in finem attribuitur dauid ꝟ iuſto ſeruo dñi de deo recte ſentienti. **Caſſio.** In p̃mis em̃ eſt ſciendũ ꝙ duo ſunt genera peccantium. Vnum quod credens legi ꝑ infirmitatẽ non valet que ſũt iuſſa cõplere: de quibus dic̃ Salomõ Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animã ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſuũ multa cogitantẽ. Aliud vero eſt audax deſperatum blaſphemiũ quod ſibi ꝓponit libera voluntate delinquere: contemnens omnia ſibiq; remunerans: putat deum non curare mortalia. Quapropter dixit iſte talis apud ſe rem ſceleratam quam publice non auſus eſt profiteri. Et ideo deliberando ⁊ cogitando dicit.

Dixit iniuſtus⌋ videlicet gen⁹ iniquorum⌊vt delinquat⌋ libere peccando⌊in ſemetipſo⌋ hoc cogitauit. quia metum iudicis abijciendũ eſſe decreuit. Vnde ſubdit. ⌊non eſt timor dei ante oculos ei⁹⌋ **Hugo** quia ſi eſſet timor dei ante oculos mentis eius non peccaret. Vnde Ecci. i. dicitur. Timor domini expellit peccatum. Et Prouerb. xv. Per timorez domini declinat omnis homo a malo. Nec poteſt hoc genus per ignorantiam excuſari. ⌊Quoniam dolose egit in cõſpectu eius⌋ i. in corde ſuo vbi ſolus deus videt.

**Glo.** ⌊vt inueniatur iniquitas eius⌋ ab ipſo⌊ad odiũ⌋ i. ꝙ iniquitas ſua habenda eſt odio apud deum. **Collector** Hunc verſiculum tranſlatio hebraica habz ſic Quia doloſe egit aduerſus eum in oculis ſuis vt inueniret iniquitatẽ eius ad odiendum. **Caſſio.** Is ẽ doloſe egit i cõſpectu dei vt ſuam iniquitatem et odiũ dei refugeret inueniri: credens per ignorantiam precepti ſe poſſe defendi. ⌊Verba oris eius iniquitas et dolus⌋ que numerari nõ poterant duobus ſunt ſermonib⁹ explicata. Iniquitas pertinet ad blaſphemiam. dolus ad proximũ decipiendũ ⌊noluit intelligere vt bene ageret⌋ quia contemnens dicta ſalutaria: veritatem ſtuduit omnino ignorare. Hoc etiam ad dementiſſimũ populum iudaicum cõpetenter aptatur: ad quem dominus veneãt ⁊ ille ſanari deteſtabili obſtinatione contempſit. Naz imprudentie plerunq; venia datur. voluntario vero maleficio vltio iuſta ſuccedit. ⌊Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo⌋ id eſt errorez longa cordis meditatione tractauit. **Aug.** Caſtitit oi

vie non bone ]id eſt perſeuerāter pecca uit.

**Caſſiodo.** Et ad cu mulum peccatorum conſequenter intulit. [maliciam autē non odiuit ]. Hic maliciam vult intelligi cunctorū criminū matrem: vno verbo cōdu cens qđ latius videbať cōfuſum.

**Auguſti.** Sunt homīes qui non pugnant cō tra vitia: qualis eſt iſte qui a ma licia trahitur. quia non pugnant contra eā quam amant. Sunt eti am q̄ pugnare incipiūt: ſed cū ē q̄ſi tenere ceperint iuſticiā fiunt ſup bi de ſe preſumētes: ⁊ hi vincūtur vt oſtendat illis de⁹ quia ipſe vin cit: ⁊ illi per ipſum. Quis ergo eſt qui pugnat ⁊ non vincitur. niſi il le qui preſumit de deo qui iuſſit vt pugnet et vincat hoſtem adiut⁹.

**Caſſiodo.** Dinumeratis cogitationib⁹ hominum peſſimorum: conſequen ter ad laudem domini tranſitum fa cit: dicens. [ Domine in celo miſe ricordia tua ]. Quāuis et in terra ⁊ i mari ⁊ vbiq̄ ſit miſericordia ei⁹: hic tamen dicit ſpecialiter in celo .i. in celeſtibus creaturis: videlicet angelis qui non ceciderunt: et ſan ctis hominibus in quibus copioſi us dona manauerit. [ Et veritas tua vſq̄ ad nu bes ].

**Jeroni.** Veritas chriſtus ē ƒnubes ſancti predicatores. Vnde dicitur. Mandabo nubibus meis deſuper vt non pluant imbrem ſu per eam. Quia ſicut nubes pluuiā portant: ita irrigant animas que ſteriles fuerant ariditate peccati. Cognitio igitur veritatis tue venit ad predicatores

**Caſſiodo.** p q̄s te hu mano generi ipſam veritatem co gnoſcim⁹ preſtitiſſe. [ Juſticia tua ſicut mōtes dei ]. beatos apoſto los dicit montes: qui iuſticie eius tanquam domini capaces deuotis ſenſibus extiterunt. Quos merito montibus comparauit. quia ſicut montes in ortu ſolis prius illumi nantur a ſole et poſtea valles: ſic apoſtoli primo ſunt a chriſto na to illuminati lumine ſue veritatis quod humilibus populis ſancta predicatione infuderunt. [ Judicia tua abyſſus multa ]. Abyſſus eſt profunditas aquarum quam nec metiri: nec intrinſecus ex toto vide re preualeamus. Sic diuina iudi cia nec mente complecti poſſum⁹: nec ratione aliqua diffinire p̄uale mus: ſicut apoſtolus dicit. Q̄ incō prehenſibilia ſunt iudicia eius: et inueſtigabiles vie eius.

**Jeroni.** Judicia enī dei nobis ſunt occulta: ignorā tes quare vnū reprobat alium aſ ſumit: ſic dixit. Jacob dilexi: Eſau odio habui. Exponit adhuc quare iudicia eius abyſſus dixerit cum ſubiungit. [ Homines ⁊ iumēta ] .i. rōnales ⁊ irrationales pſonas.

**Caſſio.** [ ſaluab domine ] quo niā peccatoribus iu mentorū ſe inordinata voluntate tractantib⁹ beneficia tue pietatis indulges. hoc autē q̄ mens: q̄ ratio comprehendat: videlicet ſupplicati

onem penitentiuz ad premia tran
ſire iuſtorũ. ⌊quemadmodũz mul
tiplicaſti miſericordiaz tuaz deꝰ⌋.c
Quemadmodum aduerbium eſt
admirantis ⁊ q̄ ſublimiter: q̄ potē
ter miſericordias largitate mirabi
li contuliſti vt ⁊ peccatores ad pre
mia venire faceres: et iuſtos ſpera
re dona promiſſa ſancires. Vides
ergo domini iudicia ꝓfũdis abyſ
ſis apertiſſime comparata.

**Collector** dicit Aug. abyſ
ſuz ꝓfũditatē pec
catoruz ſignare: quo quiſquis per
uenit contemnendo deum: videlicz
cum venerit in profundum malo
rum. Et ſcd̃m hunc ſenſuz exponit
verſum precedentem. videlicet ⌊ho
mines ⁊ iumenta ſaluabis domīe
⁊ hoīes qui ſalutē iumētoꝝ: hoc ē
qui non eternam ſed temporalem
felicitatem querunt ⁊ deſiderāt ſal
uabis corporaliter tantum cum iu
mentis: quemadmoduz multipli
caſti miſericordiam tuam deus vt
non ſolum talibus hominibus: ſꝫ
etiam iumentis temporaliter ꝓui
deres. Hoc autem de carnalibus ho
minibus dictum eſt qui preſentia
bona ſectantur cuz iumentis. Con
ſequenter dicit de illis qui futura
bona ſperāt cuz angel. Vñ ſubdit.

**Jeroni.** ⌊Filij autem homi
num⌋ rationabiľr et
iuſte viuentium: qui ad imaginez
dei mente perfecti ſunt ⌊ſub tegmīe
alarum tuaruz⌋ hoc eſt ſub crucis
tue defenſione ⌊ſperabũt⌋ muniti.

**Caſſiodo.** Vel ale domini
ſũt precepta no
ui ⁊ veteris teſtamenti in quorum
protectione omnis iuſtus ſperare
cognoſcitur dum eis obedire mon
ſtratur. Idem Jeronimus ⁊ hi filij
⌊Inebriabũtur ab vbertate do
mus tue⌋ ⁊ intellectu dogmatum
eccleſiaſticorum: vel a pinguedīe
gratie ſpiritus
ſancti.

**Caſſio.** Et eſt
ſmo
iſte tractus ad partem bonoruz ho
minũ de conſuetudīe vitioſa qui
vino nimio gurgitati mentis op
preſſione torpeſcunt. Sic et iſta ce
leſtis ebrietas memoriam abſcin
dit ſecularium rerum: et carnalia
ita facit a mente diſcedere tanquaz
vini crapula que humanos actus
a noſtris ſenſibus alienat.

**Gregorii.** Omelia. x. ſuper
Ezechielē. Bibit
enim ꝺ ſacra ſcriptura ⁊ nō inebri
atur qui ad cognoſcendum dei ver
bum deuotꝰ nō eſt. ſed ea que hinc
huius ſeculi adipiſci deſiderat. Si
enim inebriatus eſſet: mentez pro
culdubio mutaſſet vt iam terrena
non quereret: iam vana ⁊ trãſito
ria que amauerat iaz nō amaret.

**Jeroni.** ⌊Et torrente volupta
tis tue potabis eos⌋
⁊ ſpiritu ſancto qui dicitur ſpiritꝰ
torrens: quia irrigat omnem ani
maz ſpiritualibus fluentis vt fru
ctum exhibeat ſanctitatis. Vel po
teſt iſte verſiculus de futuro expōi.

**Nicolaꝰ** Inebriabũtur ſã
cti ⁊ ſaturabũtur
abſqꝫ tamen faſtidio: ab vbertate
domus tue ⁊ celeſtis glorie: ſcd̃m il
lud quod dictũ eſt in pſalmo. xvi.

Satiabor cũ3 apparuerit gl'ia tua.

**Hug.** La torrente voluptatiſ tue potabĩ eos ] ⁊ afflu entia diuine fruitionis.

**Caſſiodor⁹.**

[Q]Voniam apud te domine eſt fons vite ] chriſto domino hoc dicit apud quem eſt initium omniu3 bo num et origo virtutum.

**Jeroni.** Qui pſtas baptiſmũ per quod ablutis pe ccatoribus vitam largiris eternã. Vel fons vite doctrina dei eſt que anime vita eſt. [et in lumine tuo videbimus lumen ] Lumen patris chriſtus eſt: qui illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mũdũ.

**Caſſiodo.** In chriſto enim lumine videbi mus lumen patris et ſpiritusſan cti. quia per ipſius predicationem factum eſt vt tota nobis trinitas manifeſta cõſtaret. [P]Retende ] id eſt oſtende [miſericordiam tuã ſcientibus te ] qui videlicet ſanctã trinitatem corde firmiſſimo cõfiten tur his rogat pretendi miſericordi am vt in iſto ſeculo ſub domini pi etate degant: et in futuro iudicio premia digna recipiant. Hoc enĩ ſignat. [iuſticiam tuam his qui re cto ſunt corde ] qui ĩ futuro iudicio iuſtiſſime ad dexterã collocabun tur: quoniam recta mente preſtan te domino viuere meruerunt.

**Auguſti.** Illi ſunt recti cor de qui ſequũtur ĩ hac vita voluntatẽ dei. Voluntas dei eſt vt ſis aliquando ſanus: ali quãdo vt egrotes. Siquãdo ſanus es dicis. dulcis voluntas dei eſt. et quando egrotas amara eſt volun tas dei: non recto corde es. Quare? quia non vis voluntatem tuam di rigere ad voluntatem dei: ſed dei vo luntatem vis curuare ad tuam. illa recta eſt: tu curuus es. Rectus eris corde ſi dominũ ſemper benedicis a lau das.

**Caſſiodo.** [N]On ve niat mihi pes ] id eſt affectus [ſuperbie ] ne erectus in ſuperbiã a iuſto trami te recedam [a manus peccatoris ] id eſt mala ſuadentis operati. [nõ moueat me ] a fidei firmitate.

**Nicola⁹** Vel manus pecca toris ⁊ poteſtas de monis in peccatis obſtinati: non moueat me a ſtatu gratie.

**Caſſiodo.** [U]Bi ] enim in affectu ſupbie et praua ſuaſione nequitie [ceciderunt omnes qui operãtur iniquita tem ]. Nam quãuis alij ex crudeli tate: alij ex libidine: alij ex cupidi tate: alij ex ĩuidia diaboli ꝓlabãtur omnes tamen in ſuperbie vitio ca dunt. quia domini iuſſa cõtemnũt Nam ſicut obediens dicit̃ qui mul tis iuſſionib⁹ obſecundat. ſic mul tifarie domini precepta cõtemnẽs ſuperbus veriſſime nuncupatur. Initium enim omnis peccati ſuper bia. De iſtis ſequit̃. [expulſi ſũt ] id eſt expellentur quando audient Ite in ignem eternum. [nec potue runt ſtare ] quãdo non illis licebit domini iuſſa differre. ſed illic ſta tim precipitantur ab angelis vbi eis parata eſt flãma penal'. P Rete

tere libet ſuperiora huius pſalmi quo decore prolata ſint. In hoc enim pſalmo recitatur quanta famulis ſuis gratia diuina preſtiterit: et uſqȝ ad pleniſſimam ſatietatem felici vbertate peruenerunt. O laudabilem nimis ebrietatem. o votis omnibus expetenda vinolentia et vnde modeſtia naſcitur et plena mentis integritas obtinetur. Non hinc titubatio: non confuſio: non mentis alienatio: non caligo tenebroſa ſuccedit. ſed tanto anima ſanior redditur quanto illa ebrietate completur. Bibamus ergo hunc potum audi nequaquam labiis carnalibus: ſed puriſſimo cordis affectu: de quo non leticia temporalis ſumitur: ſed eterne vite gaudia conquiruntur. Oremus ergo dominum vt nobis nominis ſui timorem inſinuet: miſericordiam de celo ſolito largiatur: ſuperbiam omnibus bonis inimicam a nobis auferat: atqȝ omnem dolum auertat: noſqȝ ſacroſancti nominis ſui cognitione illuminatos: regno ſuo dignos efficiat: qui cum patre et ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

## Pſalmus. xxxvi.

# Noli emula

Titulus pſalmi. ipſi dd.

**Caſſio.** De verbis huius tituli non eſt quod nouiter dicere debeamus. ſed intentionem pſalmi magnopere debemus aperire. Totus enim ad mores pertinet corrigendos. Inſtruit quippe eccleſia que nunc introducitur ad loquendum preceptis ſalutaribus genus humanum ne mortiferis erroribus miſceatur: malos pena deterrens: bona fidelibus compromittens: quod doctrine genus omnino efficaciſſimum eſt vt et ſuperbi humilientur: et humiles digna conſolatio conſequatur.

**Hugo** In primis itaqȝ commonet eccleſiam: in cuius perſona loquitur propheta ne de proſperitate malorum indignetur aliquis: neqȝ imitetur eos. vnde dicit.

Noli emulari. Emulor pro quattuor ſignatis ponitur in ſacra ſcriptura. Vnde verſus. Emulor inflatur: amat: inuidet: ac imitatur. In hoc loco ponitur pro imitari Vnde dicit. Noli emulari in malignantibus.

**Nicolaus** id eſt imitari malignantes in ſuis operibus neqȝ zelaueris id eſt amaueris facientes iniquitatem.

**Jeroni.** qui per iniquas fraudes diuitias congregant et honores inquirunt.

**Nicola.** Tales non ſunt imitandi nec amandi inquantum mali: licet natura ſit ex caritate diligenda quamdiu ſunt in preſenti vita in qua poſſunt ad bonum reuerti: malicia tamen eorum ſemper eſt odienda. Sic loquitur ſaluator Luc. xiiii°. Si quis venit ad me et non odit patrem ſuum et matrem ſuam etc. Subdit autem predicto tu

ratio **Hugo** [Q]uoniā tan
nez· q̄ fenuz quod
hodie floret ꝛ cras in clibanuz mit
titur velociter areſcēt· p̄dicti ma
lignantes licet modo floreant et
quemadmodum olera herbarum
cito deci **Jeroni.** Recte hec
dent· carnalis
glorie mundana potentia feno et
vilibus oleribus iuxta Yſa· com
paratur· Omnis inquit caro fenuz
et omnis gloria eius ſicut flos fe
ni· Aruit fenuz ꝛ flos eius decidit
Huic ſentencie addidit Jacobus
in canonica ſua· iiij· Ita ꝛ diues in
itineribꝰ **Caſſiodo.** Poſt
ſuis· q̄ ma
lignantes ſtudioſe cenſuit euitan
dos nunc quid facere debeamꝰ oſtē
dit: di **Nicolaꝰ** [O]pera in
cens· domio figē
do appetitum in ſummo et fac bo
nitatem id eſt opera bona·
**Caſſiodo.** quia fides ſine
operibus mor
tua eſt et inhabita terram hoc
eſt in fide ſancte eccleſie perſeuera·
**Jeroni.** Vel inhabita corpꝰ
tuū: tu dominare car
ni: non caro **Caſſio.** et paſce
tibi· ris i diui
tijs eius· i· in chriſti domini cōtem
platione: quod manifeſtius decla
rat cum ſubiungit: dicens· [D]ele
ctare in domino. Delectatio ꝛ cor
poralis dicit̄ ꝛ ſpiritualis· illa nu
trit vicia: iſta virtutes. Delectare
ruz dicit in domino ſuauē tibi vult
eſſe eius recordationem vt ames
quem times: vt deſideres quez ve

reris: vt ambias quem re queз pa
ueſcis. Sequitur. et dabit tibi pe
titiones cordis tui· Reſpice quia
cordis dixit non carnis: quod ad
ſapientiam ſolet referri·
**Jeronimꝰ** Cor eniz ſemper
ſapientiā petit.
**Caſſiodo.** Cordis enim pe
titio eſt fides: ca
ritas: intellectus dei: et opera actu
um bono **Nicola.** Juſti eniz
rum· non petūt
a deo ſimpliciter: niſi bona gratie
ꝛ virtutes: que ſemper dantur pe
tentibus quando petunt pro ſe et
perſeuerant er quod faciunt iuſti·
de alijs autem bonis inferioribus
non faciunt petitiones: niſi ſub cō
ditione: ſcilicet ſi expediant honori
diuino ꝛ ſaluti ſue vel alioꝝ· Hoc
etiaz mō deꝰ exaudit eos· [R]eue
la domino vi **Caſſi.** Veluz q̄d
am tuam· dam eſt de
ſitas peccatorum· vnde via et vita
noſtra tenebroſi amictus circūda
tione veſtita eſt· Hanc reuelamuſ
quando delicta noſtra promptiſſi
me confite **Jeroni.** Tu ergo
mur· quod ha
bes in corde videlicet actiones tuaſ
patefacere debes deo in ſermone p
confeſſionez tuam et ſic ſpera in
eo quia ipſe poſſit remittere delin
quenti peccata ſua· ꝛ ipſe faciet
videlicet hoc q̄d ſequit̄· [E]T edu
cet quaſi lumen iuſticiaz tuaз.
**Caſſi.** Educere enim eſt aliq̄d
de tenebris trahere: hoc
eſt de ſeculi iſtiuſ caligine. Caligo
eſt obſcuritas ad illaз futuri iudi

cij perducere claritatem: vbi om̄ia
palam fiunt: nec vlterius tenebro
ſis latibulis occultuntur et abſcon
duntur. Quapropter iuſticia nr̄a
quam donante domino nunc habe
mus in fide tunc humanis cōſpecti
bus apparebit in ſpecie: et tanquā
lumen profertur cum ſpes noſtra
chriſtus oſtenditur: ſicut dicit apo
ſtolus. Cum chriſtus apparuerit
tunc et vos apparebitis cum ipſo
in gloria. Et iudicium tuum tanq̄
meridie]. **Auguſtin.** Iudicas
em]. tu magis
ſequi chriſtum promittentem tibi
quod non vides: q̄ impium repre
hendentem te credidiſſe quod non
dum vides. Quid credidiſti. Quid
tibi chriſtus promiſit. quia imor
talis eris: et dabit tibi vitam eter
nam. Adhuc in abſcondito eſt iu
dicium tuum: et reprehenditur et ir
ridetur ab infidelibus. ſed cum ve
nerit dies iudicij et venerit chriſtus
et congregauerit omnes gentes iu
dicandas tunc educet tanquā me
ridie et in clariſſimam lucem iudici
um tu]. **Jeronimus** quo ea q̄
um. bōa ſunt
elegiſti. Tunc fulgebunt tanquam
ſol in regno patris eorum: et erūt
clara omnia que nunc abſcondita
ſūt. [Subditus eſto domino] prece
ptis eius humiliter obediendo [et
ora eum] pro delictis preſentibus
et antiquis. Si
dicat aliquis. **Auguſtin.**
Subditus ſum et oro deum. ſed quid
tibi videtur. vicinus ille nequam
et male agens et florens: furta eius

adulteria eius: rapinas eius ego
noui. in omnibus elatus: ſuper
bus: per iniquitatem exaltatus: nō
me dignatur agnoſcere. in his quo
modo durabo. morbus ille eſt. Si
de contra quod ſequitur. [Noli
emulari in eo qui proſperatur in
via **Jeronimus** id ē ne ſis
ſua] inuidus ei
nec detreat te ipſi breuis felicitas
**Caſſiodo.** [Et in homine fa
ciente iniuſtici
as] cuius actus turpis eſt: et frau
lenta nego **Auguſti.** Ille p
cia. ſperat
in via ſua: et tu laboras in via dei
Via impiorum tranſitoria felicitas
qua via finita: finitur et felicitas.
Quare. quia illa via lata eſt. finis
eius in profundum inferni perdu
cit. via tua anguſta eſt: et pauci
ingrediuntur regnum celorum per
eam. **Jeronimus** Deſine
Ergo ab ira] aie
[et derelinque furorem] corpis.
**Caſſiodo.** Deſine ille dicit
qui adhuc inſa
no animi timore remurmurat: qui
inflāmatus ira et furore blaſphe
ma verba profundit vt ſibi felici
tatem ſeculi negatam conquēratur
quā habere peſſimos contuetur.
**Auguſti.** Si felicitatem hu
ius ſeculi tibi pro
miſit chriſtus: murmura aduerſus
chriſtum quando vides infidelem
felicem. Quid tibi promiſit felicita
tis. Quid: niſi in reſurrectione mor
tuorum. Nonne ab ipſo audis: nō
eſt ſeruus maior domino ſuo. Ille

pro te doloẽs: opprobria: flagella:
crucem: mortez ſuſtinuit quod tibi
peccatori debebat. Ergo tene dire
ctum oculum mentis ne turbet pre
ira. Noli emulari id eſt imitari
nequiciam impiorum.
Jeronimus. Vt maligne
ris. i. efficia
ris ipſe nequam. Quoniaz qui
malignantur. Tranſlatio roma
na habet. quoniam qui nequiter
agũt exterminabũtur de terra vi
uenti
um. Caſſiod. O homo quid
illos imitari
deſideras quos perire proſpectas.
Exterminari eſt extra terminos p
ijci: id eſt ab illa dei ciuitate priua
ri. Sz ne ſolus metus imbecilla ho
minum corda turbaret: ſubiungit
etiam ſpem bonorum: dicens. Su
ſtinentes autem id eſt pacienter
expectantes dominum: ipſi heredi
tabunt terram videlicet qui deſpi
ciunt impiorum felicitatez. Ipſi ci
uitate futura domini potiẽtur quã
iuſtis viris diuina pietas pollice
tur. Et ne hanc ſuſtinentiam lon
giſſimam eſtimares protinus ad
iunxit. Et adhuc puſilluz Pu
ſillum vero dicit tempus quod re
ſtat vſqz ad diem iudicij: qd com
paratiõe preteritoruz dierum par
uiſſimum
eſt. Auguſti. Recole
annos
ab Adam vſqz ad hodiernum diez.
percurre ſcripturas. heri pene Adã
de paradiſo lapſus eſt. tot ſecula
euoluta ſunt. Vbi ſunt preterita tẽ
pora. Sic pauca que reſtant vtiqz
tranſibunt. Si toto illo tempore vi
ueres ex quo Adam de paradiſo di
miſſus eſt vſqz in hodiernum diez
certe videres vitam tuam non fuiſ
ſe longam que ſic cito auolaſſet.
Vniuſcuiuſqz autem vita hominis
quanta eſt. Certe ſicut dicit apo
ſtolus: quaſi vapor fumi ad modi
cum parens. Adde quãtoſlibet an
nos. duc longiſſimam ſenectutem
quid eſt. Nonne aura matutina.
Etſi hoc puſilluz tempus quod eſt
futuruz tibi videatur longuz eſſe.
tuus tamen vltimꝰ dies longe ab
eſſe non poteſt. Qualis enim exie
ris de preſenti vita: talis redderis
vite futu
re. Caſſiodo. O infir
me pu
ſillum. Et non erit peccator.
Auguſti. non quia ipſe qui
peccauit non erit:
ſed peccare iã deſinit. Et queres lo
cum eius id eſt vſum eius Et nõ
inuenies. Deus vtitur hic pecca
tore ad probandum iuſtum: quo
modo vſus eſt diabolo ad proban
dum Iob: et Iuda ad tradendum
chriſtum. Peccator ergo non ha
bebit locum id eſt vſum flagellan
di iuſtos. cuz tranſierit tempꝰ pre
ſentis vite: id eſt tempus proba
tionis iuſto
rum. Nicola. Manſueti au
tem qui expectant pacienter be
neplacitum domini. hereditabũt
terram viuentium: celeſtem videli
cet hieruſalem. Et delectabuntur
in multitudi
ne pacis. Caſ. quia habita
tores celeſtis
ciuitatis non mercibus degunt:
ſed diuina delectatione paſcuntur

Non ibi quiſꝙ laborat vt viuat: ſed totus quietus accipit quod beatus animus concupiſcit. ibi oculus cordis eſuries beata ſaginatur vbi anima ſolo viſu reficitur. quando quicquid pertinet ad eius deſiderium dominici vultus contemplatione preſtatur. Vt enim oſtenderet ipſam delectationem nulla contrarietate diſſolui addidit. In multitudine pacis. Pax enim futuri ſeculi eſt: vbi nihil aduerſum: nihil contrarium poteſt eſſe: ſed vno modo ceptum gaudiū ſuauiſſime perſeuerat.

**Augusti.**

Delectet hic ipſ9 ille ī multitudine auri et argenti mancipiorum obbarum & calicum vinolentie latiſſimorum & luxurioſorū cōuiuiorum. hec eſt potentia cui inuides. iſte flos eſt qui te delectat. Nūquid meliores ſunt diuitie & delicie tue aurum tuum pax: predia tua pax: vita tua pax: deus tuus pax: quicquid deſideras pax tibi erit. quia deus tuus totū tibi erit. Mānducabis eum ne eſurias & ſitias. illuminaberis ab eo ne ſis cecus. totum habebis eum & te totum habebit. quia tu & ille vnum eritis cum quo & in quo nullas moleſtias patiaris.

**Cassiodo.**

Superi9 dixerat fideles non debere impios emulari: nunc conſequēter dicit peccatores ſuper iuſtos per inuidiam torqueri & ex hoc contra eos malignari. Vnde dicit Jeronimus. Obſeruabit peccator iuſtum vt inuento loco noceat ei. quia per opera ſanctorum peccatores cruciantur et torquentur in iſta vita preſenti. Vnde dicunt Sapien. ij°. Circūueniamus iuſtum: quoniā contrarius eſt operibus noſtris. Et ſtridebit ſup eū dentibus ſuis. hoc eſt dentibus malicie & nequitie quibus nititur eū deuorare: dolens de bono virtutis ſue. per motum corporis oſtendit motum animi. Dominus autem autem irridebit eum & irriſione dignum oſtendet in futuro iudicio. quoniam proſpicit ꝙ veniet dies eius. hoc eſt dominus ſcit quādo veniat perditio eius & dies vltiōis ire dei.

**Cassiodo.**

Firmiſſime credam9 talia: quoniam nobis a veritate ꝓmiſſa ſunt. Sic fiat vt peccator irriſus abſcedat qui ſe fugitiua felicitate ꝑiactabat. Gladium euaginauerunt peccatores. euaginauerunt ſignat nudauerūt: vt qđ ante erat ī cogitatione tanꝙ in vagina mentis recōditū: poſtea eductū reuelatis cogitationibus appareret ī aperta perſecutione.

**Glosa.**

Et ſi ſic nō proficiunt intenderunt arcum ſuum id eſt inſidiantur in dolo. Poſtea reddit ſingula ſingulis. quaſi diceret: arcum intenderunt vt decipiant pauperem qui ſibi non ſufficit et mopem qui nec opem habet ab alio.

**Cassiodo.**

Decipiuntur dū eis tenebroſus et morti ſimilis error infundit: addidit. vt trucident rectos corde. hoc de martiribus poteſt intelligi q̄ recti ſūt corde: ſ; carne trucidant.

**Hugo** Gladius eoꝝ] id eſt perſecutio tempora
lis vel ſpiritualis qua alijs conan
tur nocere[ intret in corda ipſoꝝ]
id eſt in animas eoꝝ ad damna
tionem: velut temporaliter ſimili
perſecutione moriantur.

**Nicolaꝰ** Frequenter enim
contingit diuino
iudicio vt mors quam preparaue
runt alijs veniat ſup eos: ſic Amā
fuit ſuſpenſus in patibulo qđ pre
parauerat Mardocheo Heſt. vij.

**Caſſiodo.** [Et arcus eoꝝ]
id ē occulta ma
licia ipſorum quē contra innocen
tes preparabāt[ confringatur] id
eſt fruſtrēt vt nihil noceat iuſto.
Et reſpice quoniaꝫ ipſa verba que
in facinoribus poſuit: eadem ꝛ in
vindicta geminauit propter illaꝫ
ſcilicet euangelij ſententiaꝫ In qua
mēſura mēſi fueritis: remetiet vob.

**Nicolaꝰ** Melius eſt modi
cum iuſto] ꝙ quā
tumcūq3 modicum habeat de bonis
temporalibꝰ: habet tamen ſibi ſuf
ficientiam eo ꝙ appetitus eius ten
dit ad bona ſpiritualia in quibus
quietatur anima eius. [ſuper diuí
tias peccatorum multas] in quibꝰ
non habent ſufficientiam: ſed ma
gis indigentiam. quia eis abutun
tur per prodigalitateꝫ ſiue ꝑ aua
riciam a virtute declinantes. Si pri
mo modo abutuntur: ſcilicet per
prodigalitateꝫ ſtatim diuitijs eua
cuantur: et ſic ad tenendum ſtatū
ſuū anxiant̄ diuitias indebite acq
rendo. Si ſecundo modo: ſcilicet per
auariciaꝫ eis abutūtur: tūc incur
runt indigentiam: tuꝫ quia non au
dent vti ſuis diuitijs: tum quia cre
ſcente concupiſcentia videtur eis ꝙ
ſemper plus eis deficiat. quia ſi ha
bent centum florenos anhelant ad
habenduꝫ mille ꝛ deinde decēmilia
ꝛ tamen poſtea totum perdunt in
morte: ꝛ aliquādo etiam ante mor
tem. quia ab eis per predones vel
latrones auferūtur. Ideo ſubditur
Quoniam brachia peccatoruꝫ
conterentur] id eſt diuitiarum po
tentia in quibus confidebant.

**Caſſiodo.** Et non dixit fran
guntur ꝙ vno
ictu poterat prouenire. Sed dicit
conterentur: id eſt aſſidua tritura
minuent̄ quod grauiꝰ eſt ꝙ̄ ſubi
ta clade con
ſumi.

**Nicolaꝰ** [Confir
mat āt
iuſtos dominus] quia a bono vir
tutis non mouentur in proſperis
vel in aduerſis. Nouit dominꝰ]
noticia approbationis [dies imacu
latorum] id eſt opera ꝛ cōuerſati
onem bonorum. Multi videntur im
maculati exterius qui ſunt valde
maculati interius in cōſciencia qđ
dominus ſolus noſcit. Quid autēꝫ
imaculatis ſit futurum conſequen
ter oſtendit: dicens. [Et hereditas
eorum in eternum erit] hoc eſt in
vita eterna. Non confundentur
in tempore malo] hoc eſt in die iu
dicij: quando vniuerſorum actus
diſcutientur: imo tunc honorabun
tur. quia tunc eis dicet̄ Venite bene
dicti patris mei percipite regnuꝫ
qđ vobis paratum eſt ab origine

mundi: ſed impii tunc confundentur quibus per oppoſitu3 dicitur. Ite maledicti in ignem eternū. Et in diebus famis ſaturabūtur. q2 tūc impii damnati eſurient per carentiam omnis boni: et iuſti ſaturabuntur per adeptionem ſummi boni. Ideo dicitur Yſaie. lxv°. Serui mei comedent et vos eſurietis.

**Jeroni** quia peccatores peribūt in illa fame perpetua qui non cuſtodiunt mandata dei. Inimici vero domini qui ſunt amici huius mundi mox vt honorificati fuerint i poteſtate terrena et exaltati i vana gloria preſentis vite.

**Nicola9** que non eſt niſi momentum reſpectu future. Erunt inq̄ deficientes quemadmodū fumus deficient. quia quāto plus fumus in aera eleuat tanto pl9 euaneſcit.

**Hugo** Sic impii quāto plus fuerint exaltati i preſenti vita: tanto profundius mergūtur in inferno. Mutuabitur peccator et non ſoluet. Mutuatur peccator quando verba dei audit.

**Caſſiodo** et non illud ſuis operibus repreſentat. Hoc enim eſt non ſoluere: iuſſa diuinitatis non implere. Mutuatur eni3 quando dei beneficia diuerſa ſuſcipit: et nullam gratiaru3 reſtituit actione3: ſed tanquā nihil acceperit ſemper ingratus eſt.

**Jeroni** Iuſtus autem miſeretur et retribuet. q2 accepto verbo dei ſpiritualibus ſpiritualia ſūminiſtrat. Et non ſolum ſe: ſ3 et alios lucrifacit.

**Caſſio** Hoc etiam q2 dicitur: miſeretur et retribuet ad eleemoſinas pertinet largiendas: vbi prius miſericordia p̄cedit: et poſt humanitas benigna ſubſequitur. Poſtq̄ oſtendit iuſtum et impiu3 habere opera contraria: conſequēter declarat eorum premia eſſe diuerſa: dicens. Quia benedicentes ei. i. qui ei in om̄ibus gratias referunt et eius mandata cuſtodiunt hereditabunt terram viuentium quam in premiu3 accipient poſſidendam. Maledicentes autē ei q̄les ſunt peccatores: blaſphemi: dei legibus inobedientes diſperibunt eterna perditōne. nō quia ipſi non erunt quos penalis flamma torq̄bit: ſ3 q2 m̄ a iuſtor2 beatitudine promiſſa diſperibunt.

**Auguſti** Nec mirum. quia male viuendo et ſibi cōmiſſa iniuſte retinendo maledixerūt domino: et ob hoc iuſte ſūt maledicti.

**Collector** Tranſlatio romana habet hunc verſiculu3 clarius hoc modo. quia q̄ benedicti fuerint ab eo hereditabunt terram. et qui maledicti interibunt. Et hoc eſt q8 dicitur Math. xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnum Et diſcedite a me maledicti in ignē eternum. Et vt quiſq3 ſciat quo tēdere debeat ne ſimil'r pereat: ſequit'

**Nicola9** Apud dominū egreſſus hominis. ſ. iuſti dirigetur in vita p̄ſenti vt non declinet a rectitudine iuſticie.

Ideo ſubditur. ⌊et viã eius volet⌋
id eſt approbabit eam ordinãs ad
meritũ vite eterne. ⌊Cum ceciderit⌋
p peccatũ ve-
niale. **Jeronimus**
propter infirmitatem carnis. quia
ſepties cadit iuſtus et reſurgit ⌊nõ
collide-
tur⌋. **Nicola.** quia per hoc a gratia dei nõ
decidet. Ideo ſubditur. ⌊quia domi
nus ſupponit manum ſuã⌋. Cui⁹
autem manus ſuppoſitio eſt diuie
gratie conſeruatio: quã quiſq͵ ha
bens poteſt vitare omne peccatum
mortale. ſed ipſa priuatus non po
teſt. quia
ſicut dicit **Gregorii.** ſuper Ezechi
elem. Peccatum quod mox per pe
nitentiam non deletur ſuo ponde
re ad aliud trahit. Sʒ quia iuſti p̃
deſtinati aliquando cadunt p pec
catuʒ mortale: ſicut patet de dauid.
Ideo poteſt hoc etiam exponi de ca
ſu mortalis peccati cum dicitur. cũ
ceciderit per peccatum mortale non
collidetur: id eſt irrecuperabiliter
non frangetur. quia dominus ſup
ponit manuʒ ſuam per penitentiaʒ
eũ reducendo ad gratiã. Qd ꝓbat
cum ſubiungit: dicens. ⌊Iunior
fui etenĩ ſenui⌋. Ex hoc apparet qd
dauid fecit hunc pſalmuʒ in ſene
ctute ſua ⌊et non vidi iuſtum dereli
ctum⌋ videlicet a deo. Et intelligitur
de iuſto p̃deſtinato. qui ſi aliquan
do derelinquatur a deo propter pec
catuʒ ſuum: tamen finaliter recipi
tur ad grã
tiam. **Caſſiodor⁹.**
qui etiam intelligit non derelictus
in bonis ſpiritualib⁹ finaliter ſi eti
am tormentis aliquãdo affligatur
quoniaʒ poſt tormenta ſequũtur
p̃mia eterna. domino qui ſe compati
ter in cruce clamauit derelictum te
ſtante. Beati ait qui perſecutioneʒ
patiũtur propter iuſticiaʒ: quoni
am ipſorum eſt regnum celorum.
Seq̃tur. ⌊nec ſemen eius querens
panem⌋. Quod ſi ad litteram acci
pias non poterit cõſtare. Legim⁹
enim famis cauſa Abrahaʒ Yſa
ac et Jacob mutaſſe prouintias.
vnde dubium non eſt eos eguiſſe
pane quos propter penuriam loci
exteras conſtat appetiſſe regiões.
**Auguſti.** Sed panis eſt ver
bum dei qd ſemen
et opera iuſti non mendicat. quia
verbum dei nunquam ab ore eius
diſce-
dit. **Caſſi.** Et qr iuſt⁹ nõ eget
Idcirco. ⌊Tota
die⌋ et omni tempore vite ſue. ⌊mi
ſeretur et cõmodat⌋ quia prius mi
ſericordia mouet animũ ad elemo
ſinam: et ſic aperit manuʒ. Ipſa enĩ
perfecta elemoſina prius a ſe incho
at: et ſic ad alterius iuuamina veni
re feſti-
nat. **Gloſa** Vel miſeretur
ãmonendo er
rantem. et cõmodat docendo neſci
en-
tẽ. **Jeronimus** Omni enĩ
tẽpore mi
ſeretur illi a dñ̃o qui alijs miniſtrat
doctrinam dei quaʒ cõmodat non
ad lucra mundana: ſed ad celeſtia
conqui-
renda. **Caſſiodorus.** Cõmo
dat plãe iuſt⁹. Vñ oĩno diues eſt
de doctrina: de pietate: de iuſticia: de

pacientia ceteriſq; bonis quibus
fruitur mens ſanctiſſima. O diuitie
ineſtimabiles que ī tota vita copi
am ſuā effluentiſſime largiuntur.
Merito enim non deficit dare qui
a chriſto ſemper conſueuit accipe
re. Sequitur. ⌊Et ſemen illius in be
nedictione erit⌋. Si ſemen velis fi
lios intelligere: multi ſancti genu
erunt filios luxurioſos et impios
Sed ſemen dicit opera que ab ho
mine ſuperno dono ī bona ꝯuſatōe
ſeminantur. **Jeronimus** Opa er
go que
geſſit vel doctrina quam docuit a
domino bene **Glosa** quia cū
dicetur. exultati
one veniet portans manipulos ſu
os. Et ideo tu quicunq; es. ⌊Decli
na a malo⌋ id eſt a peccato.
**Cassiodo** Et quia non ſuf
ficit chriſtianis
a malis abſtinere niſi etiā bonū
faciant. Ideo ſubdit. ⌊Et fac bonū⌋
hoc eſt imple mandata que deus
precepit. Nam dominus in iudicio
ſuo iuſtos non vocat ad premium
quia pauperib9 nihil abſtulerūt:
ſed ideo coronat quia nudos veſti
erunt: viſitauerunt infirmos: eſu
rientes a ſitientes paſcere elegerūt
verum hec precepta quid ſequitur
⌊Et inhabita in ſeculum ſeculi.⌋
**Nicolaus** id eſt per hec inha
bitabis ī eterna be
atitudine: ſcd'm illud Math. xix°.
Si vis ad vitam ingredi ſerua mā
data dei. Et quia vita beata a ſolo
deo datur. ideo ſubditur pro q̄ cau
ſa. ⌊Quia dominus amat iudici
um⌋ id eſt opera iuſticie que pre
cipiunt in mandatis decalogi. ⌊Et
non derelinquet ſanctos ſuos⌋ id
eſt predeſtinatos qui ab eo finali
ter recipiūtur. Ideo ſubditur. ⌊In e
ternū conſeruabunt⌋ i vita beata.
**Cassiodo** Inter de promiſ
ſionē. quia nō
dicit iuſtos in temporalibus reb9
nequaquā deſerendos. Hic enim
viſualiter conſeruari nequeūt qui
in tribulationibus et ſuppliciis la
cerantur: ſed eos in eternum con
ſeruandos eſſe pronūciat qui eter
na concupie **Nicolaus** Et qe
runt. ſicut
iuſti pro operibus iuſticie premi
abuntur: ita impii p operib9 iniu
ſticie punientur. Ideo ſubditur.
⌊Iniuſti punientur⌋ eterna pena
gehen **Collector** Unde Ber
ne. nard9 ait.
Cum conſidero Job iacentē in ſter
quilinio Johannem eſurientē in
eremo Paulū occumbentem gla
dio Petrum pendentem in patibu
lo: tunc cogito qualiter deus puni
et in futuro quos reprobat ſi ſic in
preſenti caſtigat quos amat. ⌊Et
ſemen⌋ i. opus ⌊impiorū peribit⌋
**Cassiodorus** Dicturi e
nim ſunt
in iudicio illud Sapiē. v. Quid no
bis profuit ſuperbia noſtra: aut
quid diuitiarum iactantia cōtulit
nobis. Tranſierunt omnia illa tan
quam vmbra. Vides perire quic
quid hominem perdit: et ſola con
ſiſtere q̄ i regno dm̄ faciūt pmanē
Sic enī d'ma miſeratio aſſidue iere

pat minando penas gehēne ita fre
quenter munera pollicetur vt eri
gat. vtraqꝫ eniꝫ efficaciſſima ſunt
inſtrumēta doctrine vt malos vin
dicta: bonos premia promiſſa ſub
ſequantur. Vnde ſubditur. [I]V
ſti autem hereditabunt] id eſt in
eternum poſſidebunt [terram] vi
uentiū [et inhabitabunt in ſeculū
ſeculi] .i. ſi
ne fine. **Nicola.** Vbi eniꝫ
in veteri
teſtamento ſeculum duplicatur ſi
cut hic intelligitur perpetuitas ex
parte finis. [ſu
per eam]. **Hugo** Super
notat
dominium: ſicut Math. xxv°. domi
nus dicit. Super multa te cōſtituā.
**Caſſiodo.** Ideo qꝫ dictū eſt
ſuper eam et nō
in ea. quia ſpiritali corpori nō erit
neceſſe terrā ſeq̄ui calcare veſtigio: ſic
dic. Apo⁹. Deīn nos q̄ viuim⁹ q̄ reſi
dui ſum⁹ ſil' rapiemur cū illis i nu
bibus obuiā chriſto in aera: et ſic
ſemper cum domino erim⁹. [O]S
iuſti meditabitur ſapientiam] os
cogitationem debemus accipere.
**Nicola⁹** Sapientia dicitur
quaſi ſapida ſciē
tia: que proprie eſt circa cognitio
nem diuinoruꝫ. [et lingua eius lo
quetur iudi
cium]. **Gloſa** quod de
us preci
pit tenere vel
fugere. **Aug⁹** Sꝫ ne for
te pūtes
iſtuꝫ de illis eſſe de quibus dicitur
Populus hic labiis me honorat:
cor autē eoꝝ longe eſt a me.
**Nicola.** Ideo ſubdit. [L]ex
dei ei⁹ i corde ipſi⁹]

videlicet per iugem meditationeꝫ.
Et quid illi prodeſt. ſequit [et non
ſupplantabūtur greſſus eius]. qꝛ
non amouebitur a via iuſticie per
demonis vel hominis ſuggeſtionē
Sicut eniꝫ meditatio iuſti eſt circa
legem dei vt eaꝫ cuſtodiat: ita me
ditatio impii eſt vt malum conce
ptū perficiat. Ideo ſubdit. [C]on
ſiderat peccator iuſtum] qualiter
et quomodo poſſit decipere eum.
[et querit mortificare eum]. quia
non ſoluꝫ querit ei nocere in bonis
exterioribus: ſed etiam in perſona
propria. nec ſolum querit priua
re eum vita corporali: ſed etiaꝫ ſpi
rituali: querens euꝫ auertere a ſta
tu iuſticie. Sed quia frequenter de
us eripit iuſtum de manu iniqui:
ideo ſub
dit. **Auguſtin⁹** [D]o
min⁹
autem non derelinquet eū in mani
bus eius] id eſt in poteſtate eius
ſcdm animam vt ei conſentiat. vt
enim ait Job. Terra tradita eſt in
manus impii: id eſt caro tradita
eſt in manus perſequentis. Non
enim ibi dimiſit iuſtum ſuum de⁹.
quia de carne capta educit animā
inuictam. Dimitteret iuſtum ſuuꝫ
deus in manibus impii ſi illum fe
ciſſet conſentire impio. Cum ergo
ventum fuerit ad illud iudicium
vbi oportet omnes exhiberi ante
tribunal chriſti: et ſtare vt illic re
cipiat vnuſquiſqꝫ que per corpus
geſſit: ſiue bonum ſiue maluꝫ: tūc
[nec damnabit euꝫ] videlꝫ iuſtū.
**Hugo** [cū iudicabitur illi]
id eſt cum ſententia

dabitur **Augusti.** Licet ad pro eo. tempus videatur damnari ab homine.

**Nicola** Poſtq̄ autē pſperitatem iniquoꝝ eſſe cōtemnendam et iuſtorum aduerſitatē appetendā oñdit: hic ↄſeq̄nt ponit ſuam monitionem: videlicet q̄ homo cōmittat ſe fideliter diuīe diſpoſitioni. nec a rectitudine iuſticie moueatur ex maloꝝ tranſitoria proſperitate: dicens. ⌊Expecta dominū⌋ .i. diſpoſitionem eiꝰ pacienter. ⌊et cuſtodi viam eius⌋ obſeruando mandata eiꝰ ⌊et exaltabit te⌋ de valle preſentis miſerie ⌊vt hereditate capias terram⌋ .ſ. viuentium. **Augusti.** de qua dicit. Venite benedicti patris mei percipite regnum. Et quid de illis qui nos anguſtiauerūt inter quos gemimus: quoꝝ ſcandala toleramus: p quibus ſeuientibus oramus fruſtra. Quid de illis erit: ſequitur. ⌊cum perierint peccatores⌋ tu eris ad dexteram: illi autem ad ſiniſtram. Duplici ratione iuſtorum gaudia cumulantur. Primū cum ſenſerint in quantis ſint iocunditatibus collocandi. Deinde cum viderint peccatores in penis exultabūt ſe ampliꝰ ab eterno ſupplicio liberatos. **Hugo** Oſtenſa ſanctorū dignitate eternam eſſe: hic oſtendit dignitatem malorum fantaſticam eſſe et tranſitoriā. Vnde dicit ⌊Vidi impium ſuperexaltatū⌋ ſuper alios honoribus ⌊et eleuatū⌋ ſuperbia ⌊ſicut cedros libani⌋ hoc eſt in maxima dignitate temporali. Libanus vero candidatio interpretatur. ⌊Et⌋ ipſi nitent candore et gloria huius ſeculi ⌊tranſiui et ecce non erat⌋. **Nicola.** quia talis gloria et poteſtas eſt ita breuis q̄d ē quidam tranſitus: ſcdm q̄ dicit Sap. ij. Vmbre enim et tranſitus ē tempus noſtrum. **Caſſio.** Duobꝰ modis mundꝰ iſte trāſitur. ſiue cū deſerit meliore cōuerſatōe ſiue cū mortis fine relinquit. **Augusti.** Ergo tranſiui ad ſpiritualia: intraui ad ſanctuariū dei vt intenderē in nouiſſima eorum et ecce non erat. ⌊queſiui eum et nō eſt inuentus locus eius⌋ **Jeroni** Sicut enim cedrꝰ ſuper excelſos montes apparet exaltata et impulſu ventorum ſepe dilabitur. ita et impius q̄ relicto deo in diuitijs mūdi confidit quantūlibet floreat: q̄ntumlibet extollatur et eleuetur nō inuenietur cum ab hoc mundo migrauerit. **Nicolaꝰ** quia in profundo inferni eſt abſconditus. ⌊Cuſtodi innocentiam⌋ nulli nocumentum inferendo ⌊et vide equitatem⌋ iuſte cum proximo agendo. ⌊quoniam ſunt reliquie homini pacifico⌋.

**Caſſiodo** vt poſt hanc vitam eterne beatitudinis premia conſequantur.

**Jeronimꝰ** Qui hic pacifice vixerit vt filiꝰ dei vocet̄ huiꝰ reliquie hoc eſt corpus mortale reſuat̄ ad glīā reſurrectōis

iuxta illud apoſtoli Oportet mortale hoc induere immortalitatem.

**Nicola.** Iniuſti autem diſperibunt per eternam damnacionem Simul reliquie impiorum interibunt.

**Hugo** quia bona tēporalia que hic reliquerunt nō proficient eis ſicut in alio pſalmo dicit. Ne timueris cum diues factus fuerit homo et cū multiplicata fuerit gloria domus eius. quoniam cum interierit nō ſumet omnia neqȝ deſcēdet cum eo gloria domus eius.

**Caſſiodo.** Si uero q̄dam voluit reliquie ſignant memoriam bonorum quam iuſtus vir in hoc mundo poſt obitum derelinquit. dum de actuum ſuorū probitate laudatur. Quod vtiqȝ martiribus contigit qui pro teſtimonio veritatis felices animas reddiderunt. hoc meriti impij nullatenus poſſunt qui nullum veſtigium dignū ſue memorie derelinquunt quoniam ſuperueniente interitu eorum laus a fragilis vita diſſoluitur.

**Jeronim9**

Salus autem iuſtorum a domino per quem et preſentem vitā capiunt et adipiſci preſtolantur eternam Et protector eorum in tēpore tribulacōnis.

**Caſſiodor9.**

Tempus quippe tribulacōnis duplex eſt ſed longe diſſimile. Nam et hic tribulaciones temporales ſunt quas tamen dominus a fidelibus ſuis ex toto non amouet q̄ mordent pocius q̄m deuorant. Illa vero tribulacio que in die iudicij impijs veniet mala quia eterna. triſtis quia cruciat. vehemens quia diſtricta eſt In hoc tempore tribulacionis protector eſt dominus qui ex ipſa eripit. Et adiuuabit eos dominus quoniam in colluctacōne temptationum fatigantur Et liberabit eos

**Nicola.** ſi ceciderit in manus inimici per peccatū Et eruet eos per veram penitentiam a peccatoribus id eſt a demonibus in peccato obſtinatis et perſeuerantibus Et ſaluabit eos quia ſperauerūt in eo ſpe debita que prouenit ex meritis et gracia diuina.

**Auguſtinus.** Epiſcop9 eſt i eccleſia catholica ſarcinam ſuā portat rationem redditurus eſt deo. in bonis eū noui. ſi malus eſt ipſe nouit. Si bonus eſt nec ſic ſpes mea eſt. hec autem omnia didici i eccleſia catholica vt ſpes mea non ſit in homine. Idē in tractatu ſuper eundē pſalmū. Nouiſſimus dies kariſſimi terribiliter venturus auditur eis. qui ſecuri eſſe bene viuendo nolunt et male viuere volunt. Hunc enim vtiliter ſcimus venturum. et vtiliter ignoramus quando venturus ſit. paratū cor habeamus bene viuendo et non ſolū non timeamus venturum illum diem ſed amemus. Dies quippe ille ſicut infidelibus laborem auget ſic a fidelibus laborem finit Quid autem boꝝ duoꝝ eē velis antequā veniat. aut

fidelis aut infidelis. nūc ē in ptāte tua. cū autē venerit tunc non erit Elige ergo cum tempus eſt quia deus quod miſericorditer occultat miſericorditer differt Juſtum aūt eſt apud deū vt mō impciatur miſericordiā. ꝗ in futuro exerceat iudicium Si vero hoc te pturbat hominem xpianum cū vides malevivuentes felices rerū iſtarum copia circūfluere. ſanos eſſe. ſupbis dignitatibus eminere. incolumē habere domū. gaudia: ſuoꝝ obſeqa clientum. excellentiſſimas potencias. nihil triſte interpellare vitā ipſoꝝ mores nequiſſimos vides facultates copioſiſſimas reſpicis. et dicit cor tuum nullū eſſe diuinū iudiciū. oīa caſib⁹ fieri ꝗ fortuitis motibus

## Collect.

Bibe ergo ventilare. pocionem huius pſ. p os cordis tui ꝗ cognoſces qm̄ poſt breuem huius vite proſperitatē pctōres ad temp⁹ florentes. eternis deputabunt tormētis. ꝗ iuſti poſt breuē tribulacōez ad gaudia puenient ſempiterna Simulq; in cōcluſione huius pſ attende quanta faciat p te tu⁹ imperator Jpſe ē tua ſalus tua ptectō tua liberatio. vt te hic regat et cuſtodiat ac deinde ad vitam eternā pducat q̄ ē bn̄dictus in. ſ. ſ. Amē.

# Pſalm⁹. xxxvij.

Domine ne Titulus tal' eſt pſ dauid i rememoratione ſabbati

## Caſſiodorus.

dicendo in rememoracione hoc nobis titulus iſte pronunciat vt quia peccatū prorſus fugere nequimus. ſemper ipſum in memoria habeamus. non ad faciendū ſed vt ab eius frequēcia ſaltem noſ tpemus.

## Collector.

Caſſiodorus exponit hūc pſalmum loquēs in perſona Job qui vt ait fuit ſuperator vite mortal'. et carnis ſue debellator ac ingencium ſuppliciorum triūphator.

## Gloſa

Verum quia iſte pſalmus eſt tercius in ordine penitenciatium congrue de quolibet peccatore poteſt exponi. Vnde ſenſus tituli talis ē pſalmus iſte eſt dauid id eſt penitentis habitus in rememoracōne ſabbati Sabbatū eſt requies eternitatis quam pdere formidat peccati conſcius. ꝗ habere conſiderat grauiter afflictus Jſte nanq; penitēs in malis penis poſitus timēs. et inde lugens. ſabbati eterni recordatur. Vnde ne huius ſabbati beatitudine priuetur domini miſericordiam implorat dicens.

Domine ne in furore tuo argu. me.

## Auguſtinus.

Vt non ſim inter illos a ſiniſtris quibus dicturus es. Eſuriui et nō dediſtis michi manducare Jte in ignem eternum. neq; in ira tua corripias me. vt in hac vita me purges et talem me reddas cui iam purgatorius ignis nō opus

ſit Grauior erit ille ignis q̄m quic
quid poteſt pati homo ī hac vita
Sequitur cauſa probabilis vt in
illo iudicio iam non debeat puni
ri qui malis preſētibus vehemen
ter afflictus eſt Vn̄ ſubdit Quo
niam ſagitte tue infixe ſunt mihi
**Glo** Sagitte ſūt vindicte dei
.ſ. dolores et penalitates
anime et **Hugo** vtpote triſti
corporis cia eſuries fri
gus ſitis et cetera humani corpis
infir **Glo** Ex auguſtino. q̄
ma. ſicut ſagitte intrōdu
tur et infiguntur ita vindicte dei in
tenſe fuerunt in adam p cōmina
tionē ſicut legit̄ geneſ. ij. In qua
cūq̄ die cōmederis ex eo morte mo
rieris Et quia comedit. infixe ſunt
ei. et nobis in ipſo p penam et cul
pam. et nō ad horam tm̄. Confirma
ſti ſup me manū tuā. i. vindictā
tuam vt inherēt michi ſagitte tue
vſq̄ in finē p̄ntis vite ꝓpter quod
Non eſt ſanitas in carne mea
quia porro mortale corp9 tot tem
ptationibus et corporalibus mi
ſerijs ſubditum et hoc a facie ire
tue i. ab inſtācia vindicte in adā
exercite non eſt pax oſſibus me
is i. interioribus viribus anime
a facie i. a memoria peccatorū
meorum Sūt et hi duo verſus ex
poni in pſona penitentis deploran
tis non inflictam miſeriā vt dictū
eſt ſed aſſumptam penitentiā co
rā deo memorātis et dicētis Quo
niam ſagitte tue infixe ſunt m̄
**Iero** i. Vba ſacre ſcripture ac
doctrine tue infixa ſūt cor

di meo que vt iaculū trāſfuerūt ā
uerunt cor meum vt agerem peni
tenciā et confirmaſti ſup me ma
num tuam vt tanq̄ bonus magi
ſter verberibus caſtigatōis affli
ctum redderes emendatum Non
eſt ſanitas in carne mea a facie ire
tue Vidi faciem ire tue hoc eſt in
tellexi p ſcripturās ſanctas quāta
minaberis peccatorib9 et extabui
i. cōputrui vel totus defeci petens
ne ipſa ira ſup me deſcenderet nō
eſt pax oſſibus meis a facie i. a
memoria peccatoruz meorū Nul
lam quietem indulſi vel oſſibus
vel membris meis donec ea peni
tendo purgarem Nec mirum ſi nō
eſt mihi pax Quoniam iniqui
tates mee ſupergreſſe ſunt caput
me **Caſſi** Caput eniz noſtrū
um ratio eſt ſupra q̄m
inter bona nobis collata celſius ni
hil habemus. Ipſa enim duce. do
mino p̄ſtante dirigimur. ipā nos
ad bonos actus proficuos perdu
cit. quam ſi iniquitas oppreſſerit
illa protinus victa ſuccumbit.
**Iero** Iniquitates ergo mee ī
ualuerunt michi prout
ſequitur ſicut onus graue gra
uate ſunt ſuper me. Sicut pondus
graue ſic peccata mea ſuper me.
**Hugo** Deinde conqueritur
penitēs iſte de pecca
ti diuturnitate quo impeditur ne
ſurſum ad celeſtia appetenda con
ſurgē poſſit vn̄ dicit Putruerūt
et corrupte ſunt cicatrices mee.
**Grego** libro Iob. viij. q̄d
enim ſūt cicatrices
ſi. ij.

niſi vulnerum ſanationes. quoni
am qui peccatum corrigit et plan
git: cicatricem vulneri ſupducit.
Sed cū mens decepta hoc vnde iā
penituit ad delectationem ſui reuo
cat: cicatrix penitencie que ſupdu
cta fuerat ad putredinem vulne
ris redit. Et hoc fit a facie inſipiē
cie **Hugo** et propter inſipi
mee enciam meam .ſ.
quia non ſenciebam amaritudinē
peccati **M**iſer factus ſum
**Iero** id ē miſerijs afflictus a
curuatus ſum et humi
liatus ſum ad penitentiam vſq͡ʒ in
finem et vſq͡ʒ dum cōfitendo mere
ar indulgentiā obtinere tota die
contriſtatus ingrediebar indig
num me iudicans vt non oculos
ad celum leuare auderem ſed per
tiens pectus meum aiebaʒ. Deus
ꝓpicius eſto mihi peccatori. Cau
ſam huius miſerie et triſticie ſub
dit di **Nico** **Q**uoniam lum
cens. bi mei in quibꝰ
luxuria dicitur regnare ſcd̄m Gre
gorium. Ome. xxxij. ſup euāgelio
**Hugo** Impleti ſunt illuſio
nibus et delectacio
nibus carnalibus que recte illuſi
ones dicuntur ꝓpter duas cauſas.
quia poſt factum vellet homo non
peccaſſe Vnde dixit quidam pbs
Non emo tanti penitere. hoc dixit.
quia quedam mulier magnū p̄
cium petebat ab eo vt conſentiēt
ei. Secundo quia p momentaneā
delectationeʒ peccator eterno incē
dio obligatur. Talis enim non
poteſt penis illudi Vnde

**Gre.** Momentaneum eſt qd
delectat: eternū vero qd
cruciat Si enim vnuſquiſq͡ʒ cōſide
ret a titillanteʒ intelligat corporis
voluptatem dicere poteſt
**Nico** Nō eſt ſanitas in car
ne mea quia ex īfirmi
tate carnis procedit luxuria.
**Iero** Vn̄ dicere poteſt cū apo
ſtolo. Miſer ego homo
quis me liberabit de corpore mor
tis huius. Et illud neq͡ʒ enim qd
volo facio. ſed hoc quod nolo Af
flictus ſum caſtigando corpꝰ a
humiliatus ſum nimis per penitē
ciam rugiebam in cōfeſſione fa
cta a gemitu id eſt a contricōe.
cordis mei Gemitus corporis eſt
propter res terrenas vel propter
mortem gemere. gemitus cordis ē
propter peccata ſua vel aliorum.
**Nico** **D**omine ante te omē
deſiderium meum qa.
te non latet aliquod ſecretum et
gemitus meꝰ a te nō ē abſcōditꝰ
**Ieroni** Quicq̄d deliq̄: quic
quid mali geſſi om
nia tibi cum gemitu reſeruaui. ſci
ens quia tibi non occultantur oc
cul **Augus** Videtur autē ali
ta. quādo hominibꝰ
videre ſeruus dei nūq̄d deſiderium
illud mortuum eſt in corde. Si au
tem ineſt deſiderium. ineſt a gemi
tus. Non ſemper venit ad aures
hominum ſed nunquid recedit ab
auribus dei. **C**or meum contur
batum eſt **Hugo** quia ſicut
in me dicit Gre
gorius Iuſtum eſt vt in ſe ſemper

merores inueniat· qui relicto vero
gaudio· i ſe gaudia querebat ⌊de
reliquit me virtus mea⌋ que conſi
ſtit in bonis gratuitis· quam ha
bui ante peccatum ⌊Et lumen ocu
lorum meorum⌋ videlicet gracia
dei ſimiliter me dereliquit.
Jero ⌊Et ipſuꝫ non eſt mecū⌋
·quia poſtpoſito veritatis
lumine in tenebras decideram pec
cato Colle reſiduum vero pſ̄
rum ·exponunt Jeroni
mus et auguſtinus de capite chri
ſto domino noſtro paſſo a crucifi
xo· licet quedam conueniant cor
pori· Vn̄ vox ē chriſti in paſſione
conſtituti ⌊Amici mei et proximi
mei⌋ videlicet iudei et iudas.
Jero Quos amicos vocat pro
·pter abraham et proxi
mos eo ꝙ ab eorum generatione
aſſumpſit carnem ⌊aduerſum me
appropinqua Hugo cū gla
uerunt⌋ dijs et
fuſtibus vt habetur Math· xxvij
⌊Et ſteterunt⌋ accuſantes me ⌊Et
qui iuxta me erant⌋ ſcilicet apoſto
li qui comitabantur me ⌊delonge
ſtete Jero de quibus ait euan
rūt⌋ ·geliſta Cum autꝫ
apprehendiſſent euꝫ ſtabant om
nes noti e Hugo ⌊Et vim
ius a longe facie
bant qui querebant animaꝫ me
am⌋ ſcilicet iudei qui me violenter
captum duxerunt ad principeꝫ ſa
cerdotum ⌊Et qui inquirebant
mala michi⌋ ſcrutantes quomō
in me cauſam mortis inuenire poſ
ſent ⌊locuti ſunt vanitates⌋ fingē

do falſa teſtimonia contra me ⌊Et
dolos tota die⌋ id eſt continua p̄
ua cogita Jero ⌊Meditabātur⌋
tione. ·adducendo fal
ſos teſtes· vel cum interrogarent
eum ſi deberent cenſum dare ceſari·
aut ſi mulier deprehenſa in adul
terio lapidaretur ⌊Ego autꝫ tā
ꝙ̄ ſurdus non audiebam: et ſicut
mutus non aperiens os ſuum⌋
ſemper que exprobrabant ſuſtu
li et iugit̄ ſilui· Unde pilatꝰ mani
feſtat cū dicit Michi non loq̄ris· ec.
vn̄ et yſaias· liij· de ipſo prophe
tauit dicens· Quaſi agnus coram
tondente ſe obmuteſcet et non ape
riet os ſuum ⌊Et factus ſū ſic ho
mo non audiens⌋ Nam cum me
cōſpuerent· arundine verberarēt·
illuderēt ꝙ genu flexo· nihil reſpō
di ⌊Et⌋ quaſi homo ⌊non habens
in ore ſuo redarguciones⌋ Sic tacui
accuſatus quaſi non habēs quib
pro me reſpondere deberē· Chriſtꝰ
in omnibus exemplum dedit vt
homo flagella et correptioneꝫ pa
cienter portare debeat· Ideoqꝫ tan
ꝙ̄ mutus tacui ⌊Quoniam in te
domine ſperaui: tu exaudies me do
mine deus meus⌋ vt me ſuſcites
Hugo ⌊Quia dixi⌋ id eſt
petii a te ⌊ne quādo
ſupergaudeant michi⌋ id eſt val
de gaudeant ⌊inimici mei⌋ iudei ꝑ
me de Jeroni ⌊Et⌋ pro quia
uicto ⌊dum cōmouē
tur pedes mei⌋ id eſt apoſtoli ad i
fidelitatem qui nomen meum por
tare debuerant per orbem terrarū
Commoueri poſſunt pedes mei ·

ſtabilitate ſua et inimici inſultātē in me. ſi hac crucis morte humiliatus non reſurrexero] in me magna locuti ſunt [dicentes Si filius dei es deſcende de cruce] et etiam tu exaudies Quoniam ego in flagella paratus ſum] preparo ad ſuſtinendam crucem. lanceam vel acetum vt per hanc mortē meo ſanguine redimam populum pereuntem. quia chriſtus ad hoc venit vt ſuſtineret paſſionem. Vel poteſt eſſe vox penitentis parati ad penitentiam atque dicentis Ideo exaudies me domine

**Nicola** Quoniam ego in flagella paratus ſum] id eſt promptus animo ad ſuſtinendum flagella que michi volueris inferre. [et dolor meus in conſpectu meo ſēper] quia ſcio me penam pro peccatis meis meruiſſe.

**Glosa** Impius ſe defendit in peccatis et iuſtus contra ſe iraſcitur.

**Bernhardus** Totus debet eſſe in diſciplinis diſcipulus chriſti. vt humilietur ad timorem. erudiatur ad ſciētiam. exerceatur ad penitenciam. coronetur ad gloriam quia quanto homo promior ē ad flagella toleranda. tanto deus promior eſt ad miſerendum] Item exaudies me]

**Hugo** Quoniam iniquitatem meam annunciabo] per confeſſionem] et cogitabo pro peccato meo] delendo et ſanando.

**Augustinus** Hoc eſt enī curam gerere pro delicto ſemper miti. ſemper intendere ſemper ſtudioſe et ſedulo agere vt ſanes peccatū. Ecce de die in diem plangis peccatum tuum. ſed forte lacrime currunt et manus ceſſant. fiāt elemoſine. cōdimātur peccata. gaudeant indigentes de dato tuo. vt et tu gaudeas de dato dei. Eget ille a te. eges tu ad deum Tu non contemnas egentem tui. et deus te non contempnet egentem ſui hoc eſt curam gerere et cogitare pro peccato meo [Inimici autem mei viuunt] Bene ē eis. gaudent in ſeculi felicitate vbi ego laboro et rugio a gemitu cordis mei Vel ē vox chriſti de iudeis dicētis.

**Jeronimus** [inimici autem mei viuunt] videlicet iudei. quia non ſunt ſtatim vltione diuina puniti [et confirmati ſunt ſuper me] ad opprimendum me.

**Augustinus** [Et multiplicati ſunt qui oderunt me inique] quia bona ſibi facere volentem oderunt Qui retribuunt mala pro bonis]

**Jeronimus** dulcedinē eterne vite afferentem aceto ac felle me potauerunt [detrahebant michi] dicentes Alios ſaluos fecit. ſeipſum non pōt ſaluum facere] quoniam ſeqēbar bonitatem] vt implens voluntatē patris pro vita populi ſuſciperem mortem Ne derelinquas me domine deus meus: ne diſceſſeris a me] cum profunda inferni penetrauero] Intende in adiutorium meū domine deus ſalutis mee] manifeſtū eſt domine ihesu quod intēdit te pater

ſuſcitans te a mortuis tercia die et
collocans ad ſuam dexteram te in
celeſtibus ſuper omnez principa
tum et poteſtatem dās tibi nomē
quod eſt ſuper omne nomen.

**Auguſtin⁹** Dicamus et nos in illum
et per illuz qui interpellat pro no
bis [ne derelinquas me domine de
deus me **Caſſiodo.** Quia
us.] grauí
or eſt bone conſcientie meus erra
re poſt veniā [ne diſceſſeris a me]

**Nico.** Quia ſine te nō poſſuz temptationibus ꝛſiſte
re [Intende in adiutorium meū]
continue preſtando michi auxili
um [domine deus ſalutis mee] a
quo et in quo conſiſtit ſalus.

**Auguſti.** In ipo accepturi ſumus ſalutem ſe
piternaz vt contemplantes glori
am dei et eius faciem videntes eū
laudemus in eternum ſine defectu
ſine aliqua pena iniquitatis ſine
aliqua peruerſitate peccati laudā
tes deum et iam non ſuſpirantes.
inherentes illi cui vſqꝫ in finem ſu
ſpiramus et i ſpe letati ſumus. In
illa enim ciuitate erimus vbi bo
num noſtrum deus eſt. lumen no
ſtrum deus eſt. panis deus eſt. vi
ta deus eſt qui eſt benedictus in ſe
cula ſeculorum. Amen.

## Pſal. xxxviij.

**Dixi cuſtodiam vias meas vt ñ deli quam in**

Titulus talis eſt In finem ꝑ ydi
thun canticum ipſi dauid.

**Nico.** Ad conſiderandum in tellectū huius tituli pri
mo ſciēdū eſt ꝙ ſic dicitur .i. pali
po. xxv° dauid inſtituit cantores
ducentos. lxxxviij. qui per vices
canerēt diuinas laudes et in iſtis
fecit tres principales cantores. ſ.
aſaph eman et ydithun. Fecit eti
am dauid pſalmos ab iſtis cāto
ribus decantandos ſcdm ꝙ habe
tur ꝑmi palipo. xvi. et vel dte. iij

**Glo.** Quorum cantorum no mina eſdras frequent
poſuit in titulis Tum pro hono
re miniſterij Tum propter nomi
num interpretationes ꝑ quas ſb
iectorum pſalmorum intellectus
panduntur ſicut et huius pſalmi
apitur intellectus per hoc nomen
ydithun quod interpretatur trā
ſiliēs eos. videlicz q̄ inhiāt terenis

**Hugo.** Iſte ergo ydithun promittit ſe tranſiē
omnia mundana. quia in mundo

non eſt niſi labor et afflictio ſpiri
tus. vnde ſenſus tituli talis ē Can
ticum id eſt tractatus iſte qui id
circo dicitur canticum quia in eo
agit̄ de eterna btītudine ad quaʒ
iocūdū ē tñſire diriḡes nos in finē
.i. dñm nrm ieſum xpm. attribui
tur dauid auctori. Canticum dico
factuʒ pro ydithun id eſt pro trā
ſiliente mundum per contemptū
per carnis caſtigationem. per ra
tionem. et per contemplationem.

**Glo.** docet enim nos preſēs
pſalmus a dilectōne ſe
culi ad legem dei. et inde ad eterni
tatem tranſilire.

**Jeronimus** docet ēciaʒ
vt theʒauri
ſemus i ſeculo ea que ad profectū
animarum pertineant Inſuper do
cet vt refrenās homo os ſuum ob
ſeruet ne per fatuitatem verborū
incidat in peccatum quia ſcit pro
pheta etiam de verbis ocioſis raci
onem eſſe reddendam.

**Caſſiodor** Et quia cōſue
tudo eſt hūa
nitatis vt cum aliquis ſe laudabi
li ɔuerſacione tractauerit calum
niancium inſidijs protinus appe
tatur. Iſte ergo ydithun qui de
probabili opinione peſſimorum
contraxit inuidiam. ſecum delibe
rans melius eſſe ſilencium tene
re ꝙ aliquid inter emulos loqui
In primis ait.

**Hugo** ⌊ D Ixi cuſtodi
am id eſt⌋
firmiter in corde diſpoſui cuſtodiē
⌊vias meas⌋ videlicet locuciones

et opera
mea. **Caſſiodor⁹.** Nō
dic
a criminibus me abſtineam quia
iam ſanctus erat ſed a ſuperfluis
verbis vnde ſubdit ⌊vt non delin
quam in lingua mea⌋

**Hugo** In liguā multis mo
dis delinquitur vide
licet adulando. mentiendo. ocioſa
loquendo. murmurando cōtra dei
ordinationem vel proximi promo
tionē. detrahendo iurando inopor
tune lo
quendo **Caſſiodo.** difficil
quippe
res eſt linguam in lubrico faucium
conſtitutam veritatis rigide tenere
menſuram. cui ſi incaute frena la
xentur. frequēter contra ſe loqui
tur. Facilius enim culpa refugit̄
tacendo ꝙ loquendo. Ideo ſubdit

**Jeronimus** Poſui cuſto
diā ori meo⌋
beatuʒ enim hominem oris cuſto
dia facit cum non profert inania
ſed que deo ſunt digna.

**Hugo** Vnde prouerbiorū.
xxi. Qui cuſtodit os
ſuum et linguam ſuam: cuſtodit
animam ſuā ab anguſtijs. Et oſtē
dit ꝙ hoc fecit quādo magis neceſ
ſarium
fuit. ſ. **Caſſiodor⁹** ⌊Cū
con
ſiſteret peccator aduerſum me⌋ id
eſt inuidus querens audire vnde
calumniam poſſit efficere. Qua
liter autem ori ſuo cuſtodiam po
ſuit inſinuat cum ſubiungit.

**Jeronim⁹** ⌊ O Bmutui⌋
ne cum obiur
gantibus me conſtreperem vel cō

tenderem⌊et humiliatus ſum et ſi
lui a bonis ⌋vt intelligas purum
fuiſſe ſilencium non doloſum·q̄a
ſalubrem commemorationem re
cipe non poterāt qui cōrectionum
ſentinam ꝑquirebant·Nam dn̄s
in euāgelio dicit·Ne miſeritis mar
garitas vrās an̄ porcos ⌊et dolor
meus reno⌋ **Hugo.** Nouus
uatus eſt⌋ erat do
lor ꝑ conteptu et obſtinacōe ma
**Hugo** Quaſi dicat illi p opprobria ſua me impellebant ſed ꝑguſtacio celeſtis dulcedis me attrahebat ad effundendas lacrimas quoniam tranſibo de periculis mundi [in locum tabernaculi] hoc eſt in eccleſiã p̄ſentem que eſt locus in quo chriſtus cum fidelibus ſuis habitat. Et addit [ammirabilis] quia tab̄naculum hoc in quo chriſto militamus a ſeruimus dicitur ammirabile Tum propter ſacramentorum efficaciam. tum propter mirabilem ordinem eorum que fiũt in eccleſia Nec ibi ſubſiſtam abſqꝫ gemitu et fletu ſed tranſibo [uſqꝫ ad domũ dei] de qua dominus dicit Jo. xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Ad hanc domum tranſit in preſenti vir iuſtus in ſpe et i futuro in re. Et quomodo ad hãc eterne beatitudinis domum tranſit ꝯſequenter oſtendit dicens [In voce exultacõis] videlicet diuine laudis de dei beneficiis [et cõfeſſionis] de proprijs peccatis. In quibus duobus conſiſtit [ſonus epulantis.] quia in preſenti epulatur anima cum dei beneficijs reficitur. a de peccatis cõtritis homo confitetur.

**Caſſiodorus.** Exultacio ad pſalmodiam reſpicit. confeſſio ad peccata deploranda. Quid enim dulcius quidve ſalubrius q̃ deũ laudare et ſe ſemp arguẽr

**Hugo** Et q̃a pſtrepit mundus. racio increpat confortat turbatam animam ſenſualem que de preſentibus mal' ſ triſtatur dicẽs [Quare triſtis es anima mea] que tot bona per toleranciam preſenciũ moleſtiarũ habebis [a quare cõturbas me] afflictõne tua. Sequitur aduerſũ hoc remedium [Spera in deo] firmit' ab eo expectando liberacõem

**Caſſiodo.** quia ſpes eius omnia commutat in melius et ad eternum gaudium perducit quos huius ſeculi triſticia inflicta ꝯcluſerit ſicut ſcriptũ eſt. Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur. Sequitur cã quare in domino ſperarẽ debeat cum ſubditur [quoniam adhuc] id eſt in preſenti [cõfitebor illi] id eſt de peccatis meis pñiam agã vt deuocioni tue impedimentum non faciam Cui autem confitetur ſubiungit illi videlicet qui eſt [ſalutare vultus mei] a quo ſcilicet ẽ ſalus mea [et] qui ẽ [deus meus] qui me redemit. Salus enĩ vultus noſtri dominus eſt qui in forma ſerui qua ſumus abſqꝫ peccato venire dignatus eſt ſicut Jeremias propheta dicit. Spiritus vultus noſtri chriſtus dominus comprehenſus eſt. ſub cuius velamẽto viuimus inter gẽtes

**Nicola.** Poſtea oſtedit

vñ anima hanc triſticiã habeat
vnde addit [A]d meipſuȝ anima
ſupple conuerſa· Trãſlacio roma
na habet [a meipſo anima turba
ta eſt] id eſt a ſeipſo habet cõtur
bationem ob recordationem pec
catorum priorum. Vnde gregori
us Juſtum eſt vt in ſe ſemper do
lores inueniat qui ẽlicito vero gau
dio in ſevana gaudia querebat.

**Caſſ.** Reuerã quia niſi hoc car
nis vicia facerent in trã
quillitate ſua mentis puritas per
manét Sed filius iſte cruc(i)s quẽ
prefatus eſt titulus: oſtẽdit r̃eme
dium quo poſſit vnuſquiſq̧ ani
me ſue cõturbaciones euadere di
cens [propterea] id eſt propter
conturbaciones iſtas quibus ani
ma mea vehemẽter affligitur [me
mor ero tui domine] quaſi diceret
Ad te ſumma felicitate feſtino vbi
peruenisse remedium eſt et carna
lium malorum competens proba
tur excluſio· dicit etiã vnde memor
erit ſcilicet [de terra iordanis a her
monijm a monte modico] Jorda
nis pro baptiſmo accipit· hermo
niim paruus mõs iuxta iordanẽ
ẽ poſitus q interptat anathema.

**Auguſtinꝰ.** Jn baptiſmo
fit remiſſio pec
catorum et nemo currit ad remiſ
ſionem peccatorum niſi qui diſpli
cet ſibi confitendo ſe peccatorem.
Nemo confitetur ſe peccatorem ni
ſi humiliando ſeipſum deo· Si inẽ
pretationem nominum queras.
Jordanis eſt deſcẽſio eorum· deſcẽ
de ergo vt leueris q noli extolli vt
non illi

**Caſſiodo.** Quoni
datis. am non
in altitudine ſuperbie deꝰ querit.
ſed memoria eius in humilitatibꝫ
et modicis inuenitur.

**Jeronimus**

Jgitur iſte qui erat peccator qui ſi
cut ceruꝰ deſiderabat fontes aqua
rum· memor fuit dei in humilitate
penitencie : q baptiſmi abſolutio
ne· Abluit enĩ veterna delicta· ana
thematizauit peccata ſua et nõ ſe
extollit magnum ſed efficit puu
lum peni
tendo.

**Auguſtinus**

Anathematiza ergo teipſũ· diſpli
cendo tibi· diſplicebis enim deo ſi
placueris tibi· quia non in ſe exal
tatur qui in domino gloriatur Se
quitur [Abyſſus abyſſuȝ inuocat
in voce catharactarum tuarum]

**Jeronimꝰ** Abyſſus abyſ
ſum inuocat cũ
vel vetus teſtamentum nouũ an
nunciat vel nouum vetus in teſti
monium vocat quia ſe vtraq̧ mu
tua atteſtacione confirmant. Nã
vetus nouum annunciat cum mo
yſes dicit Prophetam vobis ſuſci
tabit deus q fratribus veſtris. Et
nouum vetus in teſtimonium vo
cat cuȝ dicit paulus. Bibebant de
ſequenti eos petra· petra autẽ erat
chriſtus· propter profunditateȝ
enĩ intelligencie dicitur abyſſus

**Caſſiodo.** Profunda ſũt
enim teſtamẽ
ta domini q in ſinu ſapiẽcie ipſiꝰ
alta veritate cõſiſtũt [in voce catha
ractaꝝ tuaꝝ] ſigt ĩ voce pphaꝝ et

apoſtoloꝝ qui aduentum domini
annunciant. quoniam ſicut aqua
rum multitudo p catharactas id
ē aqueductus euomitur Ita a de
ore ipſoꝝ dm̄ flueta manauerūt.
**Hugo** Vel abyſſus abyſ
ſum inuocat id eſt
vnum peccatum trahit ad ſe ali
ud peccatum ſicut ſuperbia auari
ciam. gula luxuriam. ira homi
cidium. et hoc in voce hoc eſt in te
ſtimonio catharactarum tuarū
id eſt predicatorum tuorū vnde.
**Gregorius.** ait ſup eze
chiel. iiij.
Peccatum quod non deletur p pe
nitenciaꝫ mox ſuo pondere trahit
ad ali **Auguſti** alium inrel
ud. lectum acci
pite Abyſſus dicitur iudiciū Vn
de in alio pſalmo dicitur. Iudicia
tua abyſſus multa Abyſſus abyſ
ſum inuocat Nam ſub hac carne
mortali laborioſa peccatrice: mole
ſtijs et ſcandalis plena: ↄcupiſcē
cijs obnoxia damnacō quedam
ē de iudicio tuo. quia tu dixiſti pec
catori. morte morieris. et in ſudore
vult⁹ tui veſceris pane tuo. Abyſ
ſus hec prima iudicij tui. Sꝫ ſi ma
le vixerint homines abyſſus abyſ
ſum inuocat quia de pena in penā
trāſeūtes de tenebris ad tenebras
de ardorē cupiditatis ad flammas
gehennarum a hoc in voce catha
ractarum tuarū. quia tu minaris
et dicis poſt iſtos labores reſtaē
alteram damnationem Ergo qui
contremiſco cum ad me perturba
ta ē anima mea: a iudicijs tuis ti
mui vehementer Glōſ. Omnia excelſa
tua ꝉ. i. futura mala q̄ minaris ꝉ et
fluct⁹ tui ꝉ. ſ. dolores quos iam ſē
cio in re ꝉ ſuper me tranſierunt ꝉ id
eſt me modo
premunt. **Auguſtin⁹**
Sed quo crebriora ſunt mala. eo
dulcior erit miſericordia qꝫ ꝉ In
die mandauit dominus miſericor
diam ſuam a nocte canticum ei⁹ ꝉ
Per diem ſignatur proſperitas ſecu
li: per noctem vero eius aduſitas.
**Nicola.** Eſt ergo ſenſus qꝫ
ſicut deus in tempo
re proſperitatis in quo oſtēdit mi
ſericordiam ſuam ita in tempore
aduerſitatis in quo oſtēdit iuſti
ciam ſuam debet laudari id eſt cā
ticum laudis eius non debet dimit
ti ſcđm qꝫ dictū eſt ſupra pſalmo
xxxiij. Benedicā dominum in om
ni tempore tam proſperitatis q̄m
aduerſitatis. Ideo ſubdit ꝉ Apud
me oratio ꝉ a non extra me et hec
directa eſt ꝉ deo vite mee ꝉ id eſt qui
eſt conſeruator vite mee.
**Caſſiodor** Ac ſi diceret
Intra me eſt
ſacrificium quod offerā deo meo
vtiqꝫ oratio pure mentis
**Jeronimus.** vt ei merear
liber ab hoc
ſeculo quandoqꝫ coniungi vnde ſb
dit ꝉ dicam deo meo ſuſceptor me⁹
es ꝉ quia licet in tribulationibus
exercear ſemper tamen peto a te
protegi ac defēdi ꝉ Quare oblitus
es mei ꝉ aut tamdiu differs vt me
non inducas in illum ſuperni ta
bernaculi tui locum.

**Caſ.** Senſerat enĩ vir ſanctiſ ſimꝰ quãta illiꝰ q̃etis dulcedo futura ſita mũdi iſtiꝰ itinera confragoſa vehementer horrebat [Quare contriſtatus incedo] per viaʒ huius vite [dũ affligit me inimicus ꝛc.] vtiq3 cõtriſtamur qñ flagella in hoc mundo ſuſcipimꝰ quãdo inimici fraudulentis ſcilicet dyaboli inſidijs temptamur. quãdo carnis vicia multo ac repugnante animo ſuſtinemus.

**Glo.** [Dum cõfringuntur] Quaſi diceret Ita affligit inimicus. dum pro quia confringũtur [oſſa mea exprobrauerũt m q̃ tribulãt me inimici mei]

**Jeronimus.** Vox eſt ecclefie dicentis. Exprobrauerunt mihi inimici mei qui tribulant me. quia ↄfringuntur oſſa id eſt virtutes mee p illas tribulacõnes quas ſuſtinet ſancti [Duʒ] etiam [dicitur mihi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus] Cum ego tibi per penitentiaʒ et afflictionem corporis animeq3 deſiderarem placere. inimici mei q̃ſi in caſſum hec facere me dicebãt [vbi eſt deus tuus] neſcientes illa occulta que preparauit deus diligẽtibus ſe. Poſitis cauſis triſticie iterum conſolaẽ animam ſuaʒ ſicut prius [quare triſtis es anĩa mea et quare cõturbas me ꝛc.] Reſpondit quia inſidiator meus adhuc contra me vigilat adhuc michi laqueos tendit dum deſideriũ meũ prolongatur [Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei et deus meus] In ipſo ſit ſpes noſtra ſemp atterrita Ipſe omnes fluctus mitiget. ipſe nos in temptationibus conſeruet Ipſe ſitim noſtram ſua cõtemplacõne ſaciet. nos vultu ſui ſalutaris viuificet.

**Caſſiodo.** Filius iſte cruciis i principio pſalmi inſigne volens oſtendere deſiderium ſuum exquiſito ſe comparauit exemplo vt ſingulariter crederetur qui cognoſcebatur tam ingenti voto dominum concupiſcere. Sed quoniam humano vſu bono propoſito malis ſemp moribꝰ obuiatur dum mens iniqua quẽ per blandimenta decipere non poteſt. ſubdolis icrepationibus molitur euertere crebris inſultationibus commotum ſe ad continuas lacrimas ducit Et ne triſticia ſeculi eius animos occuparet aut in deſpacõnis diſcrimina perueniret ad animam ſuam conſolatoria verba facit vt per conturbacionem huius ſeculi fidelibus inimicam a ſe depelleret ne eam deſperacõis tedia poſſiderent. Scriptuʒ eſt q̃ppe Triſticia enim que ſcdm deum eſt penitenciam in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſticia mortem operatur. Quapropẽ merito a ſe illã conatus eſt expellere vnde ſibi perpetuum exicium id eſt mortem nouerat imminere Et ideo hodie huñc pſalmum boni deſiderij ſuaſoreʒ atq3 inſtitutorẽ baptiʒandis ↄgruẽter cãtat eccãquatinꝰa triſticia huiꝰ mũdi alie

nati ad dominum tota cordis pu
ritate feſtinent Preſta bone rex vt
quoniam non eſt vnus modus mi
ſericordie tue a peccatorū ſece pu
rifices. qui cum patre et ſpiritu ſā
cto in trinitate perfecta viuis et reg
nas Per oia ſecula ſeculorū Amē

## Pſalmus xlij.

Iudica me de
us et diſ. Titulus hui⁹
pſalmi talis eſt Pſal.
da
uid **Caſſio.** Quāuis alij tituli
multa: alij pau
ciora contineāt oīs tñ ad ſupne
deſideracōis munerā pducūt vt ipſa
varietas nec faſtidiū faciat nec q̄
ſūt neceſſaria cōmonere deſiſtat.
Pſalmus ergo ſicut ſepe dicū ē
ſignificat melos id eſt dulceȝ mo
dulacionem celeſtium verborum
quod deſurſum nobis reſonare ſē
titur. dauid autem fortiſſimum ac
deſiderabilem indicat nobis xp̄m
ad quem ex perſona fideliſſimi cri
ſtiani pſalmus iſte dirigitur duȝ
mens et intentio eius ad ipſuȝ de
ſideranter ap
tatur. **Jeronim⁹.**
Nam licet hic pſalmus in aliq̄b⁹
verſiculis dominicam paſſionē ſi
gnet. tamē vocem habet anime fi
delis lugeȝ huius mundi id eſt cri
ſtum deſide
rantis **Auguſtinu.**
Fidelis igitur criſtianus gemens
inter homines malos. doloſos et
ſeductores ira turbulentos inſidi
is venenatos circūſpiciens ſe cum
illis eſſe in hoc mundo. pariter q̄ȝ
hic conuerſari et dona dei cuȝ mal'
habere communia et non cauſam
commu
nem **Caſſiodorus.**
Deprecatur dominum i capite hu
ius pſalmi vt in aduentu nouiſſio
quo iudicaturus eſt munduȝ ab
infidelium cōſorcio ſequeſtretur
quando agnos ponet ad dexteraȝ
edos vero conſtituet ad ſiniſtram
vnde ſubito erūpit in hanc vocem
dicens
Iudica me deus Non enim
petit peccata ſua diſcuti
**Gloſa** quod periculoſum
eſt quia aſtra non
ſunt munda in conſpectu eius et
in angelis repperit prauitatem ſꝫ
cauſam ſue retribucioīs poſtulat
ab impijs ſeparari. vnde ſubdit
et diſcerne cauſam meam
**Caſſiodorus** id eſt di
iude me
ab impijs et in populi tui electiōe
me conſtitue. Addidit de gente nō
ſancta hoc eſt ſegrega me de per
uerſis et maleviuentibus ab ho
mine iniquo q̄ aperte ledit et do
loſo qui occulte ledit eripe me
bonum quidem deſiderium. ſed ad
huc non habet tempus Hoc eniȝ
quod modo a ſācto iſto queritur
in futuro iudicio a fidelibus inue
nitur. ſed talia hic deſiderant q̄ pa
cifici eſſe noſcuntur vt videlicȝ ab
impietatis cupiant moribus diui
di ne poſſint aliqua communiōe
viciari Conſequenter cauſam ſue

peticionis ſubdit dicēs. Quia
tu es deus fortitu- **Jeronim⁹.**
do mea ⌋
Scio me infirmum ⁊ fragilem nec
ſencio me habere aliquam fortitu
dinem in qua eruar niſi tu ſalua
ueris ⌊ quare ⌋ ergo ⌊ me repuliſti
⌋ exponendo me tantis mundi tri
bulationibus ⌊ ⁊ quare triſtis in
cedo dum affligit me inimicus ⌋.

**Auguſtinus** Triſtis
ambulo
inimicus dyabolus affligit me q̄
tidianis temptationibus immit
tendo vel quod male amemus vel
quod male timeamus.

**Caſſiodorus** Sciebat
enim vir
ſanctiſſimus vlterius ſe contriſta
ri non poſſe ſi ad eternam futuri
ſeculi requiem perueniret. Nos
enim deſiderantium eſt ab illa re
ſe putare depulſos ad quam veni
re velociter non ſinuntur. Nam
cum ille dies iudicacionis adue
nerit talia minime ſuſtinebunt q̄
niam inimicus cum ſuis ſequaci
bus damnabitur. Quapropter
vir ſanctus expectabat deſideran
ter illa tempora in quibus ſibi be
atitudinem nouerat conferendaꝫ
qd ſibi contingere poterāt p aduē
tū ei⁹ ad iudiciū quia vidēs ei⁹ mi
ſericordiam nō timet iudiciū ſꝫ nō
itres i iudiciū diſtricte cū ſuo tuo
Cōſequenter reddit cām triſticie
ſubmouende vt pater mittat fili
um ad iudicandum qui eſt lux et
veritas vnde dicit Emitte lucē
tuam ⁊ veritatem tuam ⌋ videlicet
ad iudicandum. Chriſtus de ſe di
cit. Ego ſum lux mundi. Et alibi.
ego ſum via veritas ⁊ vita. Hic ei
cum venerit videlicet chriſtus do
minus a ſanctis eius omnis meror
confuſionis abſcedit quando eter
ne beatitudinis gloriaꝫ cōſequūt

**Jeronimus.** ⌊ Ipſa ⌋ lux
⁊ veritas ⌊
me deduxerunt ⌋ ab errore peccati
⌊ ⁊ adduxerunt in monteꝫ ſanctū
tuum ⌋ hoc eſt in eccleſiam tuam ⌊
⁊ in tabernacula tua ⌋ id eſt in illā
celeſtem iheruſalem de qua alius
pſalmus dicit Q̄ dilecta taberna
cula tua domine virtutum:
Et introibo ad altare dei ⌋ vbi
de monte ſancto eius id eſt de ec
cleſia non iam vitulos ⁊ arietes ſꝫ
me ipſum exhibeam hoſtiam vi
uentem ⁊ placentem ⌊ ad deum q̄
letificat iuuentutem meam ⌋ cum
expurgato fermento veteri in no
uum hominem tanq̄ iuuenilem
me conſola-
tur

**Auguſtinus**
Eſt enim quoddam altare ſubli
me inuiſibile quo non accedit in
iuſtus. ad illud altare accedit ſo
lus qui ad iſtud viſibile ſecurus
accedit. Illic inueniet vitam ſuaꝫ
qui in iſto diſcernit cauſam ſuaꝫ

**Gloſa** Notanduꝫ quod ad
altare miſſam cele
braturus ſacerdos aſcendens ait
Introibo ad altare dei. ⁊ reliqua.
Deſiderio enī et amore ſuperioris ⁊ in
uiſibilis altaris hoc viſibile adiē
cū modeſtia debet eterna non cadu
ca petiturus vt chriſti celſitudineꝫ

humilis ſequatur. Quid ſit iſtud
altare exponit dicens [ad deū] i. ſ.
introibo [qui letificat iuuentutem
meam] Incedo enim modo in vetu
ſtate tunc aſtabo gaudens in no
uitate. Et iterū [Confitebor tibi
in cithara deus deus meus]

**Aug⁹** Cithara ab īferiori red
dit ſonum. Cum enim
aliquid patimur tribulationum
temptationum vel ſcandalorum i
hac terra et hoc ab inferiori quia
mortales ſumus: confitemur deo in
cythara id ē laudam⁹ deū i pñia

**Hugo** Et ſicut cythara extē
dit cordas ſic et penitē
tia debet extendere omnia mēbra
hōis gubernaculo p̄ceptorū dei.

**Jero** Sed quia ſenſualitas ho
minis de pñia cōtriſtat
ideo cōfortat eā dicens [q̄re triſtis
ē aīa mea et q̄re conturbas me. ſ.]

**Jeron** quia deſidero videre in
quo ſpem meā poſui

**Collect.** Hoc et quod ſequi
tur eſt in precedenti
pſalmo bis
expoſitum. **Caſſio.** vehemē
tiſſime
nos pſuadēs triſticiā ſeculi fugiē
dam quoniam bonis rebus ſemp
aduerſa eſt. et triſticiam qua ad
penitentiam contriſtamur appetē
dam. quia ſicut illa mittit ad mor
tē ſic iſta dirigit ad ſoſpitatem

**Aug⁹** [Spera] ergo [in domi
no quoniam adhuc cō
fitebor illi] q̄d confiteberis. ſ. [tu es
ſalutare vultus mei] tu ſanab' me

**Jero** qui es aſpectus aīe mee
[et de⁹ me⁹] quē nos lau

dantes expoſcimus vt mereamur
eius luce illuminari. via dirigi. veri
tate corrigi. vita locupletari quo
niam ipſe eſt vita et ſalus noſtra
Jheſus chriſtus dñs noſter qui
eſt benedictus in ſecl'a ſecl'orū Amē

## Pſalm⁹ .xliij.

Deus auri⁹b⁹

noſtris Titulus huius
Pſalmi talis eſt. In
finem filijs chore ad intellectum.
In duob⁹ p̄xie p̄cedētib⁹ p̄s quid

**Caſ.** ſignificent filij chore ſu
fficienter edictū eſt. Nūc
autem ad intellectum nouo quidē
ordine ſed nō ocioſe videt' adiectū

**Gloſa** Unde ſciendum ē q̄
in teſtamento veteri
deus contulit abundanter antiq̄s
patribus bona temporalia tanq̄
rudibus ad ſeruiendum allicien
dis et paucos ex eis affligi permiſit
In nouo autem teſtamento econ
tra paucis fidelibus florem mūdi
alium rerum apponit et multis ſb
trahit. quos etiam affligi permit
tit. caſtigans eos tanq̄ filios vt
ſint filij chorē id eſt paſſionis et di
ſcant alia bona eſſe querenda q̄ n̄
ſunt communia malis id eſt ſpiri
tualia et eterna que figurantur p
illa temporalia que populo antiq̄
rudi ſunt collata. Inde eſt q̄ pro
phecie de veteri teſtamento que le
guntur in eccleſia ſummiſſa voce
terminantur. Et epiſtole de nouo
teſtamēto voce eleua
ta finiuntur

**Jero.** Vel
intelle

·p·ij

ctus eſt vt intelligamus de pſperi
tate p̄ſenti peccatorum ⁊ de tribu
latione p̄ſenti ſanctorum

**Gloſa** Intentio enim ē hor
tari ad contemptum
terrenorū et ad deſideriū ſupnorū
Propheta ergo in pſona martirū
recolit bona que deus antiquis pa
tribus fecit dicens

Deus auribꝰ noſtris audiui
musꝰ ⌋ **Jero.** id eſt per ſpi
ritualem ſen
ſum cognouimus. Juxta illud do
mini qui habet aures audiēdi au
diat ⌊ patres noſtri ⌋ apoſtoli et p
phete quorum predicatione rena
ti ſumus ad vitam ⌊ annunciaue
runt nobis ⌋ per ſcripta eorum id
quod ſubditur. videlicet ⌊ Opus
quod operatus es in diebus eorū
⌋ videlicet moyſi et ioſue ⌊ et in die
bus anti **Caſſi.** quando iſra
quis ⌋ heliticum po
pulum illeſum p maris rubri flu
enta traduxit. ⁊ hoſtium ſuorum
ſine labore proprio fecit eſſe victo
res ⌊ Manus tua ⌋ id eſt poteſtas
tua diuina ⌊ gētes diſpdidit ⌋ que
habitabant in terra repromiſſiōis
⌊ ⁊ plantaſti eos ⌋ videlicet filios
iſrahel in terra eorum quia exeun
tibus amorreis vel etheis de prop̄
is terris hebrei in eorum ſedibus
leguntur eſſe **Nicola** ⌊ affli
plantati xiſti
populos ⌋ quia aliqui eorum fue
runt in preliis trucidati vt pote ca
nanei ⁊ iebuzei ⌊ ⁊ expuliſti eos ⌋
quia aliqui eoruꝫ receſſerunt pre
timore ante ingreſſum filiorum iſ
rahel Sed quia victorie iſte fuerūt
facte virtute diuina magis q̄m hu
mana idō ſubdit ⌊ Nec enim in gla
dio ſuo poſſederunt terram ⌋ repro
miſſionis ⌊ ⁊ brachium eorum ⌋ id
eſt fortitudo ipſorum ⌊ non ſalua
uit eos ⌋ ne ab inimicis ſuparent.

**Hugo** Sed dextera tua ⌋ i.
proſperitas quaꝫ eis
dediſti quia ſuccedebat eis bene ⌊
⁊ brachium tuum ⌋ i. fortitudo ⁊
poteſtas **Caſ** ⌊ ⁊ illuminatio
tua . vultus tui ⌋ id ē
conſilium ſapiens de tua volunta
te procedens quod dominus preli
antibus confert quando victoriaꝫ
dare digna **Hugo** Et hoc nō
tur feciſti ſu
is meritis ſed ex tua benignitate.
Ideo ſubditur ⌊ qm̄aꝫ cōplacuiſti
in eis **Caſſ** id eſt placuit tibi
⌋ deus vt hec illis fa
ceres. Tranſlacō romana habꝫ cō
placuit tibi **Caſſio.** quando
in illis de toto
mūdo ſola gens electa eſt de qua
ſaluator dominus adueniret

**Auguſtin.** Sic egiſti cum
eis vt aliis pla
ceres in illis vt qui eos attenderet
diceret. vere deus cum eis eſt.

**Hugo** Cū ergo placuit tibi
domine tot beneficia
preſtare populo tuo antiquo. Cur
nunc populum tuum chriſtianuꝫ
ſic pmittis affligi. ⌊ Tu es ⌋ qui
hec feciſti illis ⌊ ipſe ⌋ q̄ tūc ⁊ nunc
idem es immutabilis manens licꝫ
tempora ſint **Jero.** ⌊ rex meꝰ ⌋
mutata . qui in me

regnas ⁊ non peccatum⌊ et deus
meus⌋ o chriſte a quo ſum acq̄ſi
tus⌊ qui mandas ſalutes⌋ videli
cet tres: Interiorē que eſt anime
et exteriorem que eſt corporis. et
eternam que dabitur fidelibus in
anima ⁊ corpore has ſalutes⌊ mā
das⌋ id eſt preſtas⌊ iacob⌋ id eſt
ꝑplo chriſtiano qui ſimilis fueit
Iacob videlicet qui fugerit delici
as carnis ſicut iacob fugit fratrē
ſuum carnalem. qui etiā ſupplan
tat vicia ſicut iacob inuauit ad ā
gelū. Conſequenter oſtendit ꝙ
ſicut dominus preſtitit antiq̄s pa
tribus victoriam de gentibus ita
ipſe dabit ſuis fidelibus palmam
de dyabolo ſuis q̄ȝ miniſtris in iu
dicio extremo Unde vox fidelium
dic⌊ In te inimicos noſtros ṽti
labimus cornu⌋ In te o chriſte q̄
es cornu noſtrum id eſt fortitudo
noſtra ventilabimus id eſt iudica
bimus inimicos noſtros. videlicȝ
dyabolū ſuos q̄ȝ miniſtros ſepan
do eos a bonis q̄ſi areā ſuā ṽtilabro

Caſ. diſceptacōnis id eſt iudi
cacōnis ſaluator noſter
excuciens. paleas ſe queſtratur a
a frugibus⌊ ⁊ in nomine tuo ſper
nemus inſurgentes in nos⌋ vide
licet. ſpiritꝰ malignos ⁊ reprobos
quos iuſti in iudicio futuro ſpnē
dos eſſe iudicabunt. Bene dico in
te⌊ Non enim in arcu meo ſpabo
⁊ gladius meus non ſaluabit
me⌋ fide ⁊ humilitate conſueta di
cit multitudo ſanctoruȝ in armis
terrenis ſe non ſperaturam eē q̄ri
am attribuit deo ſaluacionem ſu

am dicens⌊ Saluaſti enim nos de
affligentibus nos ⁊ odientes nos
confu
diſti⌋ Aug. Omnia iſta tāq̄
preterita dicunt
cum futura ſint. Ideo q̄ȝ ⁊ futurā tā
certa ſunt. tanq̄ preterita ſint.

Caſſio Liberandos ergo ſe
dicunt fideles in ſecū
do aduentu domini. a perſecutiōe
ſpirituum peſſimorum qui eos ꝟ
multiplicibus inſidiis affligere n̄
deſiſtunt. Confunduntur etiaȝ q̄
beatos oderunt quando illi eterna
damnatione damnātur. Iuſti au
tem celorum regna recipiunt⌊
In deo laudabimur tota die⌋ In
futuro ſe profitētur eſſe predican
dos ſed ſine arrogantia deſignant
gloriam ſuam qui ſe in deo teſtan
tur eſſe laudandos. Tota die: ꝑpe
tuum tempus oſtendit quod non
habet noctem quod in illa eterni
tate prouenit et vbi iuge precomiuȝ
cognoſcitur eſſe beatorum. Sed
ne crederes ocioſos futuros qui ſe
in deo dixerant eſſe laudandos ꝓ
fitentur ſe quoq̄ȝ precomia iugit
ꝑſonare cum
ſubdicit Hugo ⌊⁊ in no
mine tuo
⌋ id eſt ad honorem nominis tui
⌊ cōfitebimur tibi⌋ cōfeſſione lau
dis pro tuis beneficiis⌊ in ſeculuȝ
⌋ ſempiternū ſicut in alio pſalmo
ſcriptum eſt Beati qui habitant
in domo tua domine in ſecula ſecu
lorum lauda
bunt te Caſſi. Ipſa eſt
enim bea
titudo iuſtorum dominum laudaē
perpetue. ſacietas q̄ nunq̄ voluit
habere faſtidiuȝ. fames que de ab

ſtinentia matre non naſcitur · aui
ditas que de ieiunio non creatur
Poſt illam futuri ſeculi inenarra
bilē retributionem enumerat ma
la que hic ſuſtinent ſancti dicens
[ Nunc autem repuliſti nos ] nc
in hoc ſeculo nobis ſub tribula cō
ne gemētibus · diſtuliſti a nobis
requiem celeſtis patrie q̄m ſāctis
prouenīē non dubium eſt quia n̄
hic ſed in futuro illis perfecta bea
titudo promittitur.

**Augꝰ** [ et cōfudiſti nos ] nō in cōſcientia noſtra ſed in fa
cie hominum.

**Caſ** Illam dicit glo
rioſam confuſio
nem q̄m martires ſubeunt cum i
iuriis affliguntur · fuſtibus verbe
rantur · et velut criminibus obno
xii morti traduntur

**Auguſtinꝰ**

Vbi eſt ergo ille deus noſter rex
noſter qui mandas ſalutes iacob
nunq̄d mutatus ē · ſed hec ad in
tellectum filiis chore ſunt · aliquid
enim intelligere debemꝰ quare nos
omnia iſta in medio tempore pa
tiebuit que omnia nunc repuliſti
et confudiſti nos [ et nō egredieris
deus in virtutibus noſtris ]

**Caſſio.** Egrediebaris in vir
tutibus hebreorum
quando ſine labore proſtrati ſunt
qui ſe contra electum populū eri
gere temptauerunt

**Auguſtinꝰ**

Nos procedimus ad inimicos no
ſtros et tu nobiſcum non pcedis.
preualent illi et nos inualidi ſumꝰ
vnde ſubditur [ Auertiſti nos re
trorſū poſt inimicos noſtros ] vt
quaſi illi ſint ante · et nos retro · il
li victores nos victi deputemur [
et qui oderunt nos diripiebant ſi
bi. ] diripiebant nos ſibi ī predā
alios trahentes in carcerem alios
occidentes vnde ſubdit [ Dediſti
nos tanq̄ oues eſcarum ]

**Caſſiodorus** Cū dicit dediſti · ſi
gnificant omnia diuina poteſtate
diſtribui Eſca ouium ponitur pro
ſimplicitate martirum qui a perſe
cutoribus ſuis occidi ſine cōcertati
onibus acquieſcunt · Sequitur [ et
in gentibus diſperſiſti nos ] quoni
am tyrannis traditi libertatē no
ſtram cum patrimoniis perdide
rūt q̄d variis tēporibꝰ de ipſis cri
ſtianis diuina diſpenſatione per
fectum eſt vt p temporalia mala ·
eternam beatitudinis gloriam cō
ſequantur [ Vendidiſti populū
tuum ſine p̄cio ] hoc non debemus
accipere ſub increpacione dictum ·
ſed miſtica vt ſolet alluſione idē
concordantia prolatum Tunc au
tem ſine precio quaſi vendidit de
us quando alienigenis affligēdū
tradidit populum chriſtianum ·
Et quaſi nullus ex tyrannis ſang
uinem ſanctorum fundentibus cō
uertebatur ad ſalutem [ et non fu
it multitudo in commutationibꝰ
eorum ] homines qui commutāt
tradite rei paria conſequuntur ·
hic autem deo nulla multitudo pre
cii in tante rei compenſacione pro
uenit · quia pauci perſecutores cō
uerſi ſunt ad fidem · pro qua mul

ti ſancti ſunt occiſi Quomodo eñ
deo poterant eſſe grati propħais
ſuperſticionibus inuoluti. Poſu
iſti nos opprobriũ vicinis noſtris
Enumerat quanta fuerant affli
ctione percuſſi vt inter erumnas
multiplices deuotionis qualitas
augeretur. Grauis enim eſt affli
ctio q̄m patimur a vicinis quia nõ
tranſitorie dicitur quod circunſtã
tibus iugiter im

**Hugo**

Op
putatur pro
brium aũt diuidit in duo ſcilicet ĩ
ſubſannationeʒ ⁊ deriſuʒ vñ ſeq̄t
ſubſannationeʒ que fit cuʒ na
ſo contracto et indignatione et
deri
ſu

**Caſſiodorus**

Vox
deri
ſus eſt confuſa vox leticie. inſul
tationem ſuam immoderata hila
ritate denuncians q̄m martires do
mini diuerſis paſſionibus tradi
ti ſuſtine
bant

**Jeronimus**

Quoniam ſepe perſecutores dice
bant irridendo veniat dominus ve
ſter et eruat vos de manibus no
ſtris Hoc perfidi perſecutores
dicebant His qui in circuitu no
ſtro
ſũt

**Caſſiodorꝰ**

id eſt
qui ſe
qua qua verſum ſemper ambulãt
nec nobiſcum recto dogmate gra
diuntur Poſuiſti nos in ſimili
tudinem gen
tibus

**Jeronimꝰ.**

In tuam vtiq̧ ſimilitudinem vt ſi
cut te mundus odio habuit priꝰ
ita ⁊ nos deinceps odiret. vel in
ſimilitudinẽ gentibꝰ Augꝰ

Vt gentes de nobis ſumant for
mam maledicendi quoniaʒ male
dicentes homines ſimilitudinem
dant de eo quem deteſtantur dicẽ
tes Sic moriaris. ſic puniaris ⁊ cru
cifigaris queadmodum ille. ⁊ po
ſuiſti etiam nos in cõmocionem
capitis in po
pulis

**Caſſiodor.**

Commocio capitis in populis in
imicorum et martiribus contigit
que facta eſt in paſſione domini
ſaluatoris ſicut legitur locuti ſunt
labijs ⁊ mouerunt caput.

**Jeronimus**

Sed et ſi q̄s
nunc in te o
chriſte voluerit pie viuere. proti
nus iniqui blaſphemant cum ir
riſione vel capitis cõmotione

**Hugo**

Poſtq̄ dixit illa q̄
martires paſſi ſunt
ab extra conſequenter oſtendit
que patiuntur ab intra dicens
Tota die verecundia mea contrã
me eſt

**Caſſiodorus**

Solet verecundia ad momentum
venire ⁊ breui tempore ſedata diſ
cedere. Iſta vero grauiſſima fuit.
tota die iugiter permanebat. quã
verecundiam deſcribit cum ſub
iungit et cõfuſio faciei mee co
operuit me Per hoc enim non ſo
lum permutationem vultus ſed
etiam totius corporis indicauit
horrorem Erat enim ante oculos
populi ſancti vehemens confuſio
quando illis iugiter ſibi inſultare
cernebat quos impios eẽ cogno
uerat. Conſequenter oſtendit vn

deuenit ille rubor ſanguineus quĩ
nudam faciem coloris ſui tegmi
ne veſtiebat dicens ⌊ A voce ex
probrantis ⌋ id eſt maifeſte blaſ
phemantis ⁊ concinnantis ⌊ ⁊ ob
loquentis ⌋ id eſt occulte vel in ab
ſentia detrahentis ⌊ a facie inimici
⌋ dum illum video qui me capitali
ter odit ⌊ et perſequentis ⌋ cupien
tis me crudeliter trucidare ⌊ Hec
omnia ⌋ mala ⌊ venerunt ſuper nos
⌋ quaſi fera: terribilis et quaſi flu
uius turbulẽtus ⌊ nec obliti ſum⁹
te ⌋ poſiti inter tã multiplices erũ
nas dum magis iniquorum per
ſecutione cõmoniti poſtulamus a
te iugiter auxilium ⌊ ⁊ inique non
egimus in teſtamento tuo ⌋ id eſt
in lege cuius precepta ſeruamus.
Hoc eſt ꝙ dixerunt et obliti non
ſumus te. Nam qui illum mente
retinent eius teſtamentum neſci
unt obliuiſci ⌊ Et non receſſit re
tro cor noſtrum ⌋ Retro redit cor
corum qui de domini bonitate deſ
perant ⁊ putant illum rogatum ñ
ſuccurrere qui etiam non petenti
bus cognoſcitur ſubuenire quod
iſti minime fecerunt qui ſpẽ in do
mino habere probati ſunt ⌊ et de
clinaſti ſemitas noſtras a via tua

**Auguſtinus** Semite eĩ
nr̃e erant
in proſperitatibus temporalium
Tuliſti ſemitas noſtras a via
tua ⁊ oſtendiſti nobis ꝙ arta et
anguſta via eſt que ducit ad vi
tam tanꝗ̃ ſi diceret nobis. In tri
bulatione poſiti eſtis multa pati
mini. multa que amabatis in hoc
ſeculo amiſiſtis quia non dimiſi
vos in ſemitas latas q̃ ducunt ad
mortem ſed doceo vos viam angu
ſtam in qua pauci ambulant q̃a
pauci ſunt qui tolerant tribulati
ones: temptationes: non deficien
tes vſqꝫ in finem ⌊ Quoniam hu
miliaſti nos in loco afflictionis ⌋
id eſt in hoc mundo qui dicitur lo
cus afflictionis quia nõ ẽ in eo ni
ſi vanitas ⁊ afflictio ſpiritus vt di
citur eccleſiaſtici primo ⌊ ⁊ coope
ruit ⌋ id eſt vndiqꝫ operuit nos vm
bra mor
tis

**Auguſtinus**

Hec enim mortalitas vmbra
mortis eſt. ⁊ vera mors ẽ damna
cio cum dyabolo

**Jeronimus** Bene igitur
vmbra mor
tis ⁊ non ipſa mors opprimit ſan
ctos in hoc ſeculo quia martires
et reliqui ſancti ⁊ ſi affliguntur ⁊
morti deſtinantur. viuunt tamen
cum deo. ⁊ hec mors vmbra eſt ⁊
non veritas mortis vt dictum eſt

**Hugo** Et in his ſupradictis
deum teſtem inuocat
dicens ⌊ Si obliti ſum⁹ nomẽ dei
noſtri ⌋ quod ẽ Jheſus ſaluator nr̃

**Nicolaus** eius recordacõ
nem debitis tẽ

poribus omittendo] et ſic expandimus manus noſtras ad deum alienum] peccatū ydolatrie committendo

**Hugo**

Vel exponendo nos peccatis a faciendo ipſum deum noſtrū quia vt dicit

**Auguſtinus**

Vnuſquiſq; quod colit a veneratur hoc ſibi deus eſt [Nonne de⁹ requiret iſta &c] quaſi dicat imo vere requiret vbi excellimus a via di [Ipſe nouit abſcondita cordis] quia ſapientie ſexto dicitur. Interrogabit opera noſtra et ſcrutabitur cogitationes Tu ergo domie qui ſolus archana cordium cognoſcis [Quoniam propter te] id eſt amore tui [mortificamur tota die] Hoc perfecti chriſtiani faciunt qui diſtrictis obſeruationibus affliguntur

**Caſſiodor.**

Per longas paſſiones preſentis vite quod notatur cum dicitur tota die vt non momentaneam mortem ſed per vniuerſum vite temp⁹ pertractum nobis fideliuȝ declararet exicium id eſt cladem vel mortē de hac mortificatiōe dicit richar.

**Hugo**

Scimus quia in dei oculis maioris meriti eſt ſepe mortificari ꝙ mori Nam mors martiris tanto erit ꝑciocior quanto ante mortem pena productior [eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis]

**Caſſiodo.**

Ouis nec cornu nec dente contendit: ſed manibus latronis pacienter acquieſcit nulla ſe reluctatione defendit. Sic famuli chriſti velut oues eſtimati ſunt mori quoniam ſine contentione aliqua videbantur occidi. Innumerata multitudine paſſionum filij ecclē tanto deſiderio auxilium querunt vt etiā dominum obdormiuiſſe cōmemorent dicentes

**Nicolaus**

[Exurge] loquitur de deo more humano quia ille qui oppreſſo vult facere auxilium ſurgit ad adiuuandum ipſum [quare obdormis domine &c] Deus enim ad modum dormientis ſe dicitur habere quando permittit malos dominari a iuſtos tribulari. Vnde quando talia videntur communiter deus dicitur dormire [exurge] repetitur hoc verbum ad exprimēdum liberationis deſiderium [et ne repellas] preces noſtras [in finem] id eſt finaliter

**Caſſiodorus**

vbi conſiſtit muneris tui vniuerſa perfectio vbi ſunt premia beatorum vbi martiribus corone preparantur. Imitatores itaq; criſtianis preſentibus ingrauati more beatorū in flebili ſupplicacōe ꝑſiſtunt dicentes [Quare faciem

tuam auertis ⌋orationem noſtrā
non exaudiendo.

**Jeronimus** diuertit eñ
dominus fa
ciē ſuam id ē reſpectū miſericordie
ſue ad tēpus vt pbet electos ſuos

**Caſſiodorus** ⌊obliuiſ
ceris in
opie noſtre ⌋cui conſueueras ſub
uenire. veniſti enim ditiſſimus vt
noſtre indigentie ſubuenires ⌊et
tribulationis noſtre ⌋cuius de
mens inſpector ſemper es.

**Jeronimus** Patimur in
opiam pro
nihilo habentes huius mundi di
uicias regnum celeſte deſideām⁹
Tribulamur enim cum elonga
tur deſiderium noſtrum.

**Caſſiodorus** Poſt mo
ram exau
dicionis pie mentes non ad deſ
perationis audaciam ſed ad conti
nue orationis ſalutaria vota ſe cō
uertunt dicentes ⌊Quoniam ⌋
quaſi dicat nō debes obliuiſci no
ſtri ⌊quoniā humiliata eſt in pul
uere anima noſtra ⌊id eſt vita no
ſtra humiliatur in puluere quia
cinere ſuper ſe ſparſo animas ſu
as peccatorū recordatione diſcru
ciant id eſt valde puniuntur ⌊con
glutinatus eſt ⌋id eſt immediate
coniunctus eſt vel adherens ⌊in
terra venter noſter ⌋ Quod vtiq; fa
cere ſolent qui longa oratione p
ſtrati toto corpore iacent in ter
ra. adherere enim terre ſignificat
in orationibus diucius immorari
per quas efficaciter peccata vincū
tur. Magna enim contra dyabolū
arma ſunt in ſuis viribus fiduciā
non habere ſed deū rogare qui
aduerſarium poſſit opprimere

**Hugo** Contra prefatas mi
ſerias a tribulacōes
filij chore magno deſiderio cordis
remedium a auxilium tertio expo
ſtulāt dicētes ⌊Exurge domine
adiuua nos ⌋tantis malis oppreſ
ſos ⌊a redime nos ⌋a predictis pſ
ſuris non propter meritū noſtrū
ſed ⌊propter nomen tuum ⌋inq̄
ſaluamur Jdeo enim ſaluator dici
tur quia per gloriam ſue pietatis
ſaluat infirmos. vnde bernardus
A natura propria habet q̄ ſit
ſaluator: innatū eſt ei hoc nomē

**Caſſiodorus** Ecce filio
rū chore
nobis ſalutaria dicta fulſerunt ec
ce nobis eccleſiaſticus ordo domi
no reuelante iam patuit patres
enī noſtros ab inimicis ſuis per
miracula viſibiliter liberatos eſſe
cognoſcimus Nūc autem fideles
per paſſiones corporum a triſtici
as animarum ad eternam requi
em peruenire didicimus vt tempo
re ſuo vtrunq; factū humano ge
neri cognoſceretur eſſe proficuū

**Collector** nequaquam igi
tur nos vmbra
hec fugitiua ſeducat. largiſſimā
profecto mercedem pro contemp
ta temporali voluptate capiemus
Si enim virtute continentie et pa
cientie hic fornacem illicite volu
ptatis. tempeſtatem q; preſentis
tribulacōis ſuperare ſtuduerim⁹. p

fecto ibi gehenne incendia effugi
emuſ. vnum illud a te ac ſolum re
quirit deus vt aduerſus dyaboli
veras inimicicias pro amore ſuo
a tua ſalute ſuſcipias. aderit enim
tibi pugnanti. Ipſe quidem iam omne
bellum conficiet a tibi victoria im
merito aſcriberet ſi tamen perſeue
raueris vſque in finem. Studeamuſ
ergo nobis reconciliari ipſius cle
menciam a orationum frequencia
exoremus vt ſic in hac peregrinacio
ne ſeculi nos adiuuare dignetur
quatinus ab hoſtibus mentis et
corporis liberati peruenire valeamus
ſecuri ad ipſum qui eſt benedictus
ine ſecula ſeculorum Amen

## Pſalmus xliiii.

Eructauit. cor meum Titulus
huius pſalmi talis
eſt. In finem titulus
dauid pro his qui commutabun
tur filijs chore ad intellectum can
ticum pro dile
cto.

### Auguſtinus

Agitur in hoc pſalmo de ſanctis nup
cijs ſponſi a ſponſe id eſt chriſti a
eccleſie regis a plebis ſaluatoris a
ſaluandorum

### Caſſi.

Vnde et hoc carmen epy
thalamium dicitur id eſt laus ſeu
carmen thalami quia laus ſpon
ſi a ſponſe hic cantatur

### Gloſa

Copulam ha
rum nupciarum fecit ſpiritus ſan
ctus in thalamo hoc eſt in vtero
beate virginis quando verbum caro
factum eſt a humana natura eſt
diuine nature coniuncta. Nunc vo
ſponſa id eſt eccleſia coniuncta eſt
ſponſo id eſt chriſto in caritate.
Et poſt huius vite miſerias con
iungetur ei in ſancta immortalita
te. Senſus predicti tituli talis eſt.
Hic titulus dauid eſt canticum id
eſt exultatio mentis habita de eter
nis tendens in finem id eſt in eternam
beatitudinem. Canticum habitum
dico pro his qui commutabuntur
id eſt pro ſanctis qui transformabun
tur de hac mortalitate ad immorta
litatem videlicet filijs chore que ſunt
imitatores chriſti a pro dilecto vi
delicet ſponſo chriſto de quo deus
pater teſtatus eſt. hic eſt filius me
us dilectus. quibus videlicet filijs
chore ſupradictis ſcribitur hoc can
ticum ad intellectum id eſt vt intel
ligant miſterium incarnacionis
criſti atque eius diſpenſacionis cum
eccleſia a ſuis fidelibus

### Colle.

Precomium itaque
ſponſi chriſti ſecundum ſuam inef
fabilem generationem quam habet
a deitate vox patris nobis inſinu
at dicens.

Eructauit cor meum

### Jeronim.

Non de corporea coniunctione ſed
de ſecreta eſſentia diuina protulit
equale ſibi verbum bonum

### Auguſtinus

id eſt filium qui vere et
ſingulariter per ſe eſt bonus ſicut ipſe
ait Nemo bonus niſi ſolus deus. dico ego
opera mea regi dicens dei ſine inicio

a fine fine eſt Quare dico opa ꝗ
ĩn ipſo verbo opa omnia dei ſunt.
quicquid enim factur⁹ erat de⁹ in
creatura . iam ĩ verbo erat. ſicut ĩn
euangelio dicit . Qđ factū ē in ipō
vita erat **Jero.** Lingua mea
calam⁹ ſcribe ] Sic enī que ſcribun
tur non ſunt leuia neqꝫ facilia ſed
vtilia ſic a dei eloquium tanꝗ̃ ſcri
batur ita perficitur. **Aug⁹** Nō defue
runt: qui
omnia etiam ſuperiora verba ex
perſona prophete accipi mallent
**Caſ.** vnde celeſtibus epul' ꝑ
plxta ſaginat⁹ a future
gratulatiōis qualitate complet⁹
preconia domini ſponſi ſe eructatu
rum ꝓnūciat dicens. [ Eructauit ]
**Nic.** Sicut enim venter ex pleni
tudine cibi corporalis emit
tit eructationem: ſic cor prophete
ex plenitudine gratie ſpiritualis
emittit hunc ſermonem dicens [
Eructauit cor meum verbuꝫ bonū
] quia eſt miſterium criſti a eccle
ſie expreſſiuū [ dico ego opa mea
regi ] id eſt ad laudem regis regū
Jeſu xp̄i. [ Lingua mea calam⁹ ]
id eſt penna [ ſcribe ] id eſt notarij
[ velociter ſcribentis ] Ac ſi dicat ꝑ
linguam meam loquitur ſpirit⁹
ſanctus velociter qui in docendo n̄
indiget interuallo temporis
**Hugo** Spiritus enim ſanct⁹
non paulatim cū mo
ra gratiam ſuam ĩfundit ſicut ac
quiritur ſcientia per longum ſtu
dium ſed ſubito a cito. Vnde act .
.ij factus eſt repente de celo ſonus
tanꝗ̃ aduenientis ſpūs vehementis

Ibidicit **Glosa** Neſcit tarda
molimina ſp̄s
ſci grā **Nico** . Deinde deſcribit xp̄i
magnificentiam quantum ad hu
manitatem. Et quoniā ſpecioſitas
optime ſedet i principe ſcđm ꝙ di
citur Species p̄ami digna fuit im
perio quantum ad hoc dicitur de
ſponſo eccleſie xp̄o [ Specioſus
forma pre filijs hominum ] tu es o
chriſte. Tranſlacio hebraica ha
bet ſic. decore pulcrior es filijs ho
minum. Fuit enim ſpecioſus pre
alijs id eſt plus ꝗ̃ alij ex pte cor
poris q̃a corpus eius fuit forma
tum virtute ſpiritus ſancti. in cu
ius opere nō poteſt eſſe error nec
defectus Similiter ex pte anime fu
it ſpecioſior alijs quia ab inſtanti
creationis ſue repleta fuit omnib⁹
gratijs virtutib⁹ a ſcientijs ſcđm
ꝙ dicitur Jo. iij. ꝙ datus eſt ei ſpi
ritus ſanctus non ad menſuram.
**Caſ** Queri poteſt cur hic ſup
genus hominum ſpecio
ſiſſimus deſcribatur cum i yſaya
legitur. Vidimus eum non habē
tem ſpeciem neqꝫ decorem. ſed iđ
dicitur ſpecioſus non quia forma
eius decore lactei coloris eluxit ā
flauo crine emicuit aut inſigni ſta
tura preeminuit ſed veraciter huma
no genere pulcrior fuit quia pecca
ta non habuit. Illud autem ſpecō
ſum dicimus quod gracia mūdiſ
ſime puritatis ornatur **Augustinus**
Quamuis pater ſpeciem corpoꝛis
eius dicat eſſe laudabilem ſed ex
ēpl ū yſa . ſuppoſitū ad paſſionis

eius retulit tempus quādo ꝛ col
laphis ceſus ē ꝛ ſputis complut⁹
ꝛ ſpinis corona **Nic** Et q̄a in
tus eſt ac̄ principe
decet optime eloquēcie claritatē
recte ſubiungit [diffuſa eſt grā in
labijs **Hug** id eſt verba tua
tuis] gratioſa. Vnde
Jo.vij. Nunq̄ ſic locutus eſt hō ſi
cut hic homo loquitur ꝛ luce.iiij.
Mirabantur omnes in verbis que
pcedebant de ore eius. Ac ſi dicēt.
**Iero** Cum languorēs verbo cu
ras. cum mare quieſcere
facis cū lazarū mortuū vocas ꝛ ve
nit. patrē interpellas ꝛ audit. om
nia que loqueris grā labiorū tu
orum pficiuntur [propterea bene
dixit te deus in **Nic** Iſta bene
eternum] dictio eſt
glorie corporalis i ſua reſurrectiōe
collacio ꝛ ad celū aſſumpcio quā
n̄ habuit chriſt⁹ a principio ſed
ex virtutis **Iero** Nam cum cri
merito ſtus domin⁹
ſemp in patre fuerit benedict⁹ in
aſſumpta carne benedicitur cū q̄
reſurrexit immortalis ꝛ in eternū
regnaturus. Et quia i principe re
quiritur pbitas. ſubiungit pphe
ta ꝛ dicit [Accin **Hugo** ꝛ pt
gere] eſſe i
patiui modi. Ac ſi dicat tu chriſte
qui talis es vt dictum eſt [accīge
re gladio **Nic** hoc eſt accipe v
tuo] bum tuum de q̄
apl's dicit ad ephe. vi. Et gladiū
ſpūs quod eſt verbum dei [ſuper
femur **Caſſi** Femur vo ſigni
tuū] ficat incarnacio
nem domini **Hugo** q̄a femur
ſaluatoris humane
propaginis eſt ſeminarium
**Caſſi** ſicut in geneſi legitur.
Non deficiet princeps
de iuda nec dux de femoribus eius
In cuius etiam incarnacōis mi
ſterio abraham fecit iurare famu
lum ſuum quando ei tacto femore
iuriſiurandi religione conſtrictus
eſt vt legitur geneſis.xxiiij.
**Hugo** Similiter ioſeph ia
cob patri ſuo manu
apposita femori iurauit vt habetur
geneſis.xlvij. quaſi diceret iuro
per deum qui de progenie tua naſ
cetur. Addit quoq; [potētiſſime]
**Iero** Ac ſi dicat pphēta tu cri
ſte induere carnem acci
gere verbo predicationis. pugna
contra dyabolum ꝛ potentiſſime li
bera genus humanū de iſte eno.
**Caſſiodo** [Specie tua
] q̄ntū ad hūa
nitatem tuam [ꝛ pulcritudine tua
] quantum ad diuinitatem tuam
[intende] o rex vt hominem peun
tem de celo miſeratus aſpicias [
[proſpere] tanq̄ humano generi
liberātionis beneficia preſtatur⁹ [
procede] velut ſponſus de vtero vir
gina **Nicolaus** per viam
li h⁹ mortalis
vite [ꝛ regna] morte triumphata
Propter quod in ſua reſurrectiōe
dicit apoſtolus. Math. vltimo.
Data eſt mihi omnis poteſtas in
celo ꝛ in terra. Et quia hanc glori
am corporis q̄m per reſurrectio
nem habuit ex precedenti merito

accepit Ideo ſubiungit ⌊ Propter veritatem ⌋ ſcilicet vite et doctrine ⌊ et manſuetudinem ⌋ quia moleſtias et iniurias ſine mentis perturbacione ſuſtinuit ⌊ et iuſticiam ⌋ abundantem quam fecit in ſua paſſione offerendo ſpiritum deo patri pro offenſa generis humani et ſic fecit reconciliationem per viam iuſticie ⌊ et deducet te mirabiliter dextera tua ⌋ Per dexteram que eſt pars fortior et nobilior intelligitur diuinitas criſti cuius organum coniunctum erat humanitati. **Hugo** diuinitas ergo tua o criſte deduxit te de ſinu patris in vterum virginis inde ad preſepium ac deinde ad crucem. de cruce ad ſepulcrum. deinde ad celum Et hoc mirabiliter quia omnis illa deductio plena fuit miraculis. vel deducet te de populo ad populum per apoſtolos mirabiliter in predicatione verborum et virtutum ſignorum vnde ſubdit ⌊ Sagitte tue acute ⌋ **Caſſio** id eſt verba tua hominum cordibus ſalutaris infigentia que ideo vulnerant vt ſanent. Ideo percutiunt vt liberent ideo proſternunt vt erigant. Comparantur autem verbum dei ſagitte. Sagitta enim eſt lignum ferro armatum. ſic verbum dei ex ligno crucis egrediens fortitudinem habet penetrandi et acutum eſt verbum dei quia vſque ad interiora cordis penetrat. Et ſicut ſagitte de longe diriguntur. ita verba domini ſaluatoris directa ſunt **Nicola** Per predicationes apoſtolorum in longinquas nationes. ſic dominus precepit. Marci vltimo dicens Euntes docete omnes gentes. Et illa verba tanquam ſagitte de eo ceciderunt ⌊ in corda inimicorum regis ⌋ criſti ita penetrantes corda infidelium et gentilium quod multi conuerſi ſunt ad fidem per vniuerſum orbem et ſic facti de inimicis amici Ideo ſubditur ⌊ populi ſub te ⌋ id eſt ſub obedientia tua chriſte ⌊ cadent ⌋ te humiliſ adorando. Conſequenter deſcribitur magnificentia chriſti regis quantum ad diuinitatem. tamen cum hoc adiungitur de humanitate quia ille due nature ſunt inſeparabiliter coniuncte in vno ſuppoſito Commendat ergo chriſtum primo a iudicio cum dicit Sedes tua deus ⌋

**Caſſi** Hec enim ſedes dei ad iudicium pertinet futurum in quo omnia veraciter eternus moderator examinat atque diiudicat ⌊ in ſeculum ſeculi ⌋ quia quicquid conſtituerit nulla poteſt temporis ſucceſſione diſſolui **Hugo** Commendat etiam eum ab equitate correctionis dicens ⌊ virga directionis ⌋ quod ſic eſt legendum ⌊ virga ⌋ id eſt gubernacio ⌊ regni tui ⌋ quod eſt eccleſia. eſt ⌊ virga directionis ⌋ id eſt equa correctio **Caſſio** quia iuſtos regit et dirigit. impios percutit. ac continuo veraciter ſupplicantes **Collect** quia nulla prauitate curantur ſed eſt iuſtiſſima et inflexibilis diſciplina Hanc virgam regni honoris inſigne ſceptrum dicebat antiquitas: deſignans in ea

virtutum regem dominum ſalua
torem. Poſtea commendat criſtū
ab amore iuſticie ⁊ odio iniquita
tis dicens ⌊Dilexiſti iuſticiam et
odiſti iniquita
tem⌋

**Nicolaus**

Hoc autem dicitur de chriſto ho
mine ratione humanitatis ſue ⌊
propterea ⌋ id eſt propter illud
quod ſequitur ⌊ vnxit te deus de⁹
tuus ⌋ chriſtus enim in humana
natura vnctus fuit ⌊ oleo leticie ⌋
id eſt plenitudine gratie ab inſtā
ti creacionis anime ſue ⌊ pre con
ſortibus tuis ⌋ id eſt omnibus in
tellectualibus creaturis propter
quod dicitur. Johannis tertio ca.
quod datus eſt ei ſpiritus non
ad menſu
ram

**Caſſiodoru.**

Vel oleum leticie quo vnctus eſt
chriſtus pre omnibus hominibꝰ
eſt peccati maculam non habere
vnde ſe conſcientia ſemper exhila
rat quando nulla recordationis
aſperitate mordetur Repeticio au
tem iſta ꝙ dicit. deus deus tuus
preconium magne dilectionis oſ
ten
dit

**Collector**

In tranſla
cione hebra
ica habetur ſic propterea vnxit te
deus de⁹ tu⁹ oleo exultationis pre
participibus tuis. ſecundum q̄m
litteraꝫ apoſtolus allegat primo
ad hebreos hunc verſiculum de
chri
ſto.

**Jeronimus**

quia vnctus fuit oleo exultacōis
id eſt gloria reſurrectionis aſcen
ſionis et dominacionis. ſequitur
laus ſponſi chriſti ab ornatu nup
ciali cum dicit ⌊ mirra ⌋ ad litterā
exponitur
ſic

**Nicolaus**

Per iſtas ſpecies aromaticas poſ
ſunt intelligi aromata que ſancte
mulieres emerunt ad vngendum
corpus domini q̄a de talibus ſpe
ciebus erant confecta. Et quia cor
pus dominicuꝫ erat quaſi veſtimē
tum deitatis ſcd̄m ꝙ ſcribitur ad
philippenſes ſecundo Habitu in
uentus vt homo Ideo ſubditur ⌊
a veſtimētis tuis ⌋ Et dicitur in plu
rali propter diuerſas partes cor
poris ⌊ a domibus eburneis ⌋ Do
mus eburnee ſunt pixides facte
de ebore vel de alabaſtro quod ſi
mili eſt ebori in quibus illa aroma
ta erant poſita ſicut in domibus
ſuis ⌊ ex quibus delectauerunt te
⌋ id eſt placuerūt tibi quia deuo
cio illarum mulierum fuit accep
ta chriſto licet non vnxerunt cor
pus eius quia nō inuenerunt euꝫ
in ſepulcro. Jam enim reſurrexe
rat teſte angelo ⌊ filie regum ⌋ In
ter enim illas mulieres fuerunt
maria iacobi ⁊ ſalome que fuerūt
ſorores beate virginis marie ex p
te matris de qua certum eſt ꝙ deſ
cendit de ſtirpe dauid ⁊ aliorum re
um a dauid deſcendentium per di
uerſas generaciones Et idem ve
riſimile eſt de ſuis ſororibus et de
btā maria magdalena ⁊ Martha
⁊ alijs ſanctis dominabus de ihe
ruſalem ⁊ finibus eius ideo dicun
tur ℞ filie regū ⌊ in honorē tuo ⌋ Illā
e vnctionē facē volebāt ad criſti

honoreꝫ. Miſtice ſic exponitur Mir
ra mortem ſignificat quaꝫ pro ho
minum ſalute chriſtus ſuſcepit .
Guttarro eſt ſpecies que pellit
tumores ⁊ duricias curāt que pul
cre incarnacioni domini compara
tur quia duriciem et elacionem
cordis humani ſancta predicatio
ne diſſoluit. Caſia que a medicis
fiſtula dicitur que creſcit in locis
aquoſis que redemptionem gene
ris humani per aquaꝫ baptiſma
tis indi
cat

**Jeronimus.**

Hec autꝫ virtutum ⁊ gratiarum
aromata defluxerunt ſponſe ſācte
ſcilicet eccleſie [ a veſtimentis eius
] id eſt ab aſſumpta carne q̄ velut
veſtimento diuinitas ſe circuīdedit

**Caſſiodorus**

Et pulcri
tudo ſpō
ſe venit. a domibus eburneis id ē
a cordibꝰ caſtis quoniaꝫ elephas
cuius oſſa eburnea dicunt̄ nimie
caſtitatis aſſeritur ꝙ inter quadru
pedia ⁊ ſenſu plurimo valet ⁊ tem
peranter miſcetur femine ſue ⁊ cō
iuge ſecunda non vtitur. Hoc pu
dicis feminis decenter aptatum ē
quia ille in domibus eburneis
manſiſſe noſcuntur que per caſti
tatem chriſti domini precepta ſe
cute ſunt. Hanc tranſlacionem ꝓ
bauerunt dilectiſſimi patres Au
guſtinus ⁊ Jeronimus. ex quibus
domibus delectauerunt te

**Jeronimus**

honorando
nomen ma
ieſtatis tue ⁊ laudando miſericor
diam tuam filie regum.

**Caſſiodorus**

id eſt
anime
fidelium que bene ⁊ ſancte regunt
corpora ſua . in honore tuo . id eſt
ad honorem nominis tui . non ſi
bi quod bene agunt ſed tue laudi
attribuentes . Poſtq̄ꝫ ſponſi chri
ſti pulcritudo laudata eſt ⁊ virtꝰ
eius aſſerta . poteſtas qꝫ eius nar
rata eſt ⁊ nupciali gaudio odorēs
ſuauiſſimi ſub miſticis interpreta
cionibus noſcuntur adhibiti. Cō
ſequenter hic oſtenditur vnde ip
ſius regine veniat mirabilis pul
critudo cum di
citur

**Nicolaus**

Aſtitit regina [ videlicet ſancta
eccleſia ſponſa chriſti [ a dexteris
tuis ] hoc eſt in pocioribus bonis
ſponſi. Stat modo regens fideles
⁊ ſeruiens chriſto in bonis gratie
Stabit pꝰ hāc vitā regnans a de
xtris chriſti in bonis glorie cui di
cetur Venite benedicti patris mei
nec aſtitit nuda ſed [ in veſtitu de
aurato ] Per hoc intelligitur decor
ſapientie que refulget in eccleſia.
veſtita eſt ergo doctrina ſapiētie
[ circundata varietate ] ſcilicet ca
riſmatum ⁊ virtutum.

Caſſiodorꝰ Vel circūdata va
rietate linguarum multarum deū
in vnitate fidei laudantium quia
omnis gens ſcd̄m ſuam patriam
in eccleſia pſallit auctori. Sponſi
laude cantat nunc ſponſe precoia
totidem modis ſꝫ longe ſubmiſſis
atqꝫ humiliter efferuntur. Staꝫ
ergo nunc ecce aſtitute ad dextrā
viꝫ in bonis gracie ipſiꝰ propheta

alloquitur dicens **Nicolaus**
AVdi legē euangelicam filia quia a chriſto renata. et vide in telligendo. et inclina aurem tuā ad obediendum voluntati dei. et obliuiſcere populum tuum. vide licet iudeorum et gentilium

**Jeronimus** Vel obliuiſcere vicia et peccata. et domum patris tui id eſt dyaboli

**Hugo** Vel domum patris tui id eſt conſorcium et cohabitationē peccatorum qui ſunt dom⁹ patris tui dyaboli cuius filia fuiſti ante ꝙ̄ facta eſſes filia chriſti p fidem Et ſi hoc feceris decora eris coram ſponſo tuo. ET concupiſcet rex. ſcilicet chriſtus decorem tuum. id eſt te decoram. Hic verſicul⁹ poteſt aptari cuilibet anime fideli. O filia audi horas eccleſiaſticas audi ſermones audi precepta ſuperiorū. Audi p̄ces paupis. audi dei inſpirationes. audi ſacram lectionem. Vide libros. vide crucem ī eccleſia in memoria crucifixi. vide exempla ſanctorum. vide cōſcientiā tuam. vide iudicium futurum. Et īclina aurem tuam vt obedias diuine voluntati. et obliuiſcere populū tuum contemnendo prauorum cōſortia. et domum patris tui id eſt mundum et concupiſcet rex criſt⁹ decorem tuum

**Jeronim⁹** Nigeras in domo patris tui. ſed nunc aſcendis poſt baptiſmum viciis ablutā vel gratia fidei candida. Quoniā ipſe ē dominus deus tuus. a quo redempta es

**Hugo** Et ipſi te. Adorabunt eū omnes populi de quib⁹ collecta es. probatio. q̄a. ET filie tyri id eſt gentes

**Nico.** Nam tyrus fuit ciuitas gentilium et ideo per filias tyri itelliguntur ciuitates gentilium conuerſi ad fidem per predicationem apoſtolorum qui adorabunt eū in muneribus. ſe ipſos in obſequium chriſti offerentes. Vultū tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Videmus enim impletum ꝙ principes mundi et potentes honorant chriſtum et eccleſiam ſuā humiliter ſe ei ſubiciendo.

**Jeronimus** Hoc etiā tres reges fecerūt qui non tantum verbis ſed etiam muneribus adorauerunt chriſtū

**Caſſiodor.** Propheta mutans ſermonē de ſecunda perſona ad terciam adhuc in eccleſie preconio pſeuerat dicens. OMnis gloria eius filie regis. Gloria eſt ſiquidem eccleſie quando filie principum ſiue iuſtorum conuertuntur ad dominum et ſecreta ſe cupiunt deuotione cordis offerre. ab intus. i ſecreto conſciencie vbi interior homo tacita cogitatiōe reuoluit quod ad diuina miſteria pertinere cognoſcit.

**Nico.** Vel omnis gloria eccē. cōſiſtit in ornatu interiori cariſmatum et virtutum et non in magno apparatu exteriori. Ideo ſubditur. in fimbriis aureis. id ē

in ſapientie doctrinis (circumamicta varietatibus) diuerſorū videlicet ſtatuum qui ſunt in eccleſia dei. vel in varietatibus gratiarum ⁊ virtutum que ſunt in perſonis ſtatuum predictorum

**Hu.**

Sequit᷑ laus ſpōſe a comitatu cum ſubditur (Adducentur regi) chriſto per predicationem apoſtolorum ⁊ aliorum ſanctorū (virgines) omnes homines itegritatem mentis ⁊ corporis ſeruātes

**Jeronimꝰ**

(poſt eam) id eſt per vnam eccliam apoſtolica inſtitutione fundataꝫ multi conuertuntur ad chriſtum Trāſlacio hebraica habet virgies ſequuntur eam

**Nicolaus**

quia multe nobiles puelle ſpreto maritali thoro virginitatem ſuaꝫ conſecrauerūt chriſto quod cedit ad honorem eccleſie de qua hic loquitur per ſimilitudinē regie quā ſequuntur domicelle ad honorem eius nec ſole virgines adducent̄ chriſto im ſide

**Caſſiodor.**

ſed ⁊ (proxime eius) id eſt vidue caſte que gradu īferiori iungunt̄ q̄ ⁊ ſi non ſunt virgines tamen tā𝔮̄ proxime virginitati quia caſte cō ſequentes fructum ſexageſimuꝫ. (afferentur tibi) o chriſte Et vide in ipſis nominibus non nimiam eſſe diſtantiaꝫ. virgines dixit adduci quia corporis integritate robuſte ſunt. Viduas vero dicit afferri quia plerun𝔮ꝫ fracte diuerſis ſolicitudinibus corporis imbecillitate fatigantur

**Hugo**

Quō autem adducentur ſubiungit dicens (Offerentur in leticia) cordis (⁊ exultatione) corporis (adducentur in templum regis) Aliter

**Nicolaus**

quia ad ſeruiendum regi chriſto non placerent ei ſed magis diſplicerent. quod patet de virginibus que conſecrabantur ad ſeruiēduꝫ deo veſte Sequitur laus ſpōſe a fecunditate prolis. ⁊ conuertit pſalmiſta verbū ſuum ad regem criſtum dicens PRo patribꝰ tuis (id eſt loco patrum tuorū ſcd̄m naturam humanam qui fuerunt patriarche r̄ges ſancti ⁊ prophete ex quibus deſcendit chriſtus ſcd̄m carnem) nate ſunt tibi filij (id eſt apoſtoli et. lxxij. diſcipuli qui priarchis ⁊ prophetis ſucceſſerunt. (conſtitues eos principes ſup omnem terram) in ſpiritualibus q̄a conſtituti ſūt epiſcopi p diuerſas ptes orbis. Et quia ita ordinata ē eccleſia et confirmata Ideo (Memor ero nominis tui domine) id ē fame ⁊ glorie tue memoriam ago (in generatione ⁊ generationem) Tranſlatio romana habet mēores erunt quia per doctrinā quam ſeminauerunt apoſtoli ſancti et epiſcopi et q̄m in ſcripto dimiſerit ⁊ reduxerunt ⁊ reducent ad mēoriam facta criſti regis. generacōnibus ſibi ſuccedentibus vſ𝔮ꝫ ad ſinem mundi. Ideo ſubditur (

PRopterea populi) credētes p eorum doctrinaꝫ (confitebuntur

tibi ]confeſſione laudis[ in eternū
]i·ſine fine [ et in ſeculum ſeculi ]
hoc eſt in vita preſentia in futura
quia iſta laus· non ſolum eſt i p̄
ſenti ſed erit potior in futuro ſm q̄
dicitur infra pſalmo·lxxxiii· Bea
ti qui habitant in domo tua domi
ne in ſecula ſeculorū laudabūt te

## Caſſiodor.

Ecce epytha
lamium glo
rioſum pſalmo ꝑphi·iocunda ex
ultatione completum eſt· Ecce
ſpōſi laus ſponſe q̄ ammirābili va
rietate celebrata eſt·ſpiritualis co
pule coniugium in virginitatib9
perſeuerans·amor caſtus caritas
eterna·vinculū quod nullo fine
diſſoluitur· O beata ſponſa que nō
ſocietate carnali ſed inuiolabili vi
culo caritatis coniuncta eſt tante
maieſtati criſto dilecto eterni pa
tris filio· cuius virtus vltra oīs
virtutes eſt·pulcritudo ſup oīs
decores·potentia inenarrabilis·
pietas ſingularis In his itaq3 nu
ptijs tympana prophetarum ſā
cta exultatione clamant· apo
ſtolorum organa dulciſſima ſoci
etate reſpondent·martirum cytha
re nō cordis carnalibus ſed virtu
tibus canūt. B ſcōꝝ chor9 ſpiritua
libus fiſtulis gratiſſimum pmul
cet auditum· hic talis muſica ge
ritur per quam humana leticia ſa
lubriter vincatur· Paſti ſumus O
bone rex conuiuio nuptiali·delicias
celeſtes haurimus·preſta nobis
ihesu criſte ſponſe mirabil' vt qui
hic ſpe letati ſumus in futuro etiā
perfectiſſimo gaudio repleamur
qui cum patre a ſpiritu ſancto vi
uis a regnas deus per omnia ſecu
la ſeculorum Amen

# Pſalmus.xlv.

**D**Eus noſter refugiū Titul9 i finē fi
lijs chorē pro archanis
Pſalmus

## Caſſiodo.

In finem
notū eſt
quemadmodum ad dominum cri
ſtum poſſit referri· Ipſe eſt finis
noſter qui nos perficit a non con
ſumit·filios autem chore ſignifica
re diximus imitatores paſſionis
chriſti·ex quorū perſona pſalm9
iſte cantatur·pro archanis vo ad
uentum domini ſignificat ſaluato
ris quem diuinitatis ſue mirābili
ſecreto pro humani generis redē
ptione diſpoſuit

## Jeronimus

Hic enim pſalmus docet nos ſpē
noſtram in illum debere ponē qui
ſolus poteſt nos de tribulationib9
liberarē· Filij ergo chorē qui fideles
debent intelligi chriſtiani· In pri
cipio pſalmi non ſe timere profite
tur perturbationes ſeculi dicētes
DEus noſter ]per veram fidem
a confeſſionem

## Caſſiod.

[ refugium ] quoniam nos de ani
me periculo liberāt [ a virtus ]quo
niam ſtabiliter mentes noſtras
ab iniquo ſeculi errore cuſtodit.

## Auguſt.

Sunt quedam ēfu
gia vbi non eſt vir

quo quiſq; cū fugerit magis īfir
matur q̄ confirmatur. verbi gra
tia. Cum fugis ad aliquē in ſecu
lo magnum vt facias tibi potētē
amicum. refugium videtur. Tanta
tamen huius ſeculi incerta ſunt a
ita potentium ruine crebreſcunt q̄
tidiane vt cum ad tale refugiū p
ueneris. plus ibi timere īcipias.
antea tantum cauſe tue timebas.
tunc cum ad talem confugeris de
illo etiam timebis. Multi enim ca
dentibus illis. queſiti ſunt quos
nemo quereret ſi non ad tales con
fugiſſent. tale non eſt refugiū no
ſtrū quod ſic īfirmatur ſed deus
qui eſt virtus [ et adiutor in tribu
lationibus ] i quibus ad dominū
refugiendū eſt ſiue ſit tribulatō
in re familiari ſiue in ſalute corpo
ris ſiue de periculo carorum. ſiue
de aliqua re ad huius vite ſuſten
tacionem neceſſaria. Omnino aliud
refugium non debet eſſe chriſtiāo
q̄ ſaluator eius. veruntamen ka
riſſimi inter omnes tribulationes
anime humane nulla ē maior tri
bulatio q̄ conſcientia delictorum
Nam ſi in conſciētia hominis vul
nus peccati non ſit. vbicunq; ali
bi paſſus fuerit tribulationes. il
lic confugiet. et ibi inueniet deū
Si autem ibi requies non eſt p
pter abundantiam iniquitatum.
confugiat ad deum. quoniam ad
iutor factus eſt dominus. dimitten
do peccata Et ne t̄bulacōnes leues
putares addidit [ que inuenerunt
nos nimis ] Alia eſt t̄bulatio quā
tu inuenis conſiderans peccatum

tuum ſine aliquibus ammonicōne.
et dicis tribulationē et dolorem in
ueni **Gloſa** Alia eſt quando
quis alterius per
ſuaſione penitet peccatum ſuū co
gnoſcens. Et vtrobiq; rogandus
eſt deus qui eſt adiutor i tribula
tionibus. Sequitur vox fidelium i
primitiua eccleſia exiſtencium q̄
dicunt [ Propterea ] quia deus.
adiutor noſter eſt [ nō timebim9
dum turbabi **Hugo** id eſt
tur terra ] gene
ratio iudeorum qui terrena ſapiūt
[ et transferent montes ] i. apl'i ra
dic's doctrine veri ſol' xp̄i p̄mo ſuſ
cipientes [ in cor maris ] i. ad gē
tilitatem in latam amaritudinē
peccatorum idolatrie dimerſam.
Hoc factum eſt quando apoſtoli
relictis incredulis iudeis. ad predi
candum gentibus tranſierunt ſi
cut paulus et barnabas dixerunt
ad iudeos actu. xiij. quoniam ēpu
liſtis verbum dei et indignos vos
iudicaſtis eterne vite. Ecce conuer
timur ad gentes. Conuerunt ]
apoſtoli [ et turbate ſunt aque ] id
eſt populi ad penitentiam ſono p̄
dicationis [ eorū ] videlicet aplorū
**Jeronimus** [ conturbati
ſunt mōtes
] id eſt excelſioēs ſeculi poteſtates
et principes gentium [ in fortitudi
ne eius ] id eſt predicatione forti
tudinis ſpiritus **Hugo** Mo
ſancti rali
ter autem poſſunt exponi duo pre
dicti verſus hoc modo [ propterea ]
quia deus eſt fortitudo et refugiū

noſtrum⌞non timebimus⌟ in p̄
ſenti moleſtiam temptationum⌞
Dum turbabitur terra⌟ id eſt ter
reni amātores ſeculi qui in die iu
dicij turbabuntur cum viderint
iuſtos ſtare glorioſos quos hic
ſpreuerunt ⁊ perſecuti ſunt vt igno
minioſos vnde de ipſis dicitur ſa
pientie v. videbunt ⁊ turbabunt̄
timore horribili. modo vero non
turbantur ſed in pace requieſcunt
Vnde dicitur de ipſis Job xxi.
domus eorum ſecure ſunt et pa
cate ſed dominus expectat temp⁹
quo ſeparabuntur iuſti ab iniuſtis
⌞Et transferentur montes⌟ id ē ſu
perbi et elati huius ſeculi⌞ in cor
maris⌟ id eſt in profundum eter
ne amaritudinis. de quorum ſup
borū delicijs ſubdit dicēs Sonu
erunt ⁊ turbate ſunt aque eorum
⌟ id eſt delicie eorum terrene que
habent in ſuperficie claritatem et
in fundo fecez. Claritas eſt preſēs
delectacio. fex eſt eterna damna
cio. propter delectationez dicit. ſo
nuerunt. aque clare deſcendentes
de fonte ſonant ⁊ ſitim prouocant
Propter feces damnaciōis dicit
turbate ſunt aque ſed ſtulti ama
tores mūdi non reſipiſcunt nec at
tendere volunt niſi claritatem tem
poralium deliciarum ſed inceſſan
ter eis vtuntur non attendentes q̄
oportebit eos poſtmodum feces
bibere in ſupplicijs eternis ezech.
xxiij. Potabis vſq₃ ad feces de qui
bus peccatoribus adhuc ſubdit
⌞Conturbati ſunt montes⌟ hoc ē
homines quantumcunq₃ alti ⁊ po
tentes⌞in fortitudine eius⌟ id eſt
dei qui fortiſſimus eſt vt dic̄ Job
ix. quaſi dicat immo dominus qui
totum ſuuz calicem bibit et oīs
ſancti eius cum ipſo. primo feces
id eſt perſecutiones ⁊ tribulatio
nes ī hoc mundo biberunt qui mo
do in eterna vita gaudiuz bibūt
Vos ergo amatores mundi qui
hic bibitis delectationem et gau
dium dominus faciet ex ſua forti
tudine vos poſtea bibere feces ve
ſtrarum deliciarum id eſt eternā
tribulati
onem

## Caſſiodorus

Superius terrores habitos dixit
quos de predicatione noua apo
ſtolorum mundus accepit. Nunc
beneficia que collata ſunt eccleſie
de aduentu domini ſaluatoris edi
cuntur vnde dicit⌞Fluminis im
petus⌟

## Jeronimus

Poſt euer
ſos cultus gentilium ablucio bap
tiſmi vel irrigatio ſeu inundatio
ſpiritus ſancti⌞letificat ciuitatem
dei⌟ id eſt eccleſiaz que eſt congre
gatio fideli
um.

## Hugo

Et ſpeciali
ter exponi
tur hoc de miſſione ſpiritus ſancti
in die pentecoſtes Fluminis im
petus. quia ſpiritus ſanctus venit
ſubito vnde actuū ſecundo Factus
eſt repente de celo ſonus ⁊c̄. ⌞ſācti
ficauit tabernaculum ſuuz⌟ id eſt
firmauit eccleſiam ſuam militan
tē in qua per fidem habitat⌞altiſſi
mus⌟ id eſt chriſtus Deus⌞ma
net⌞in medio eius⌟ quia ipſe dic̄
Mathe. decimooctauo Vbi duo vl̄

tres congregati fuerint in nomiē
meo . ibi ſum in medio eorum et
ideo ⌊ nō commouebitur ⌋ eccleſia
in tribulationibus quia fundata
eſt ſupra firmam petraz id eſt cri
ſtum. ⁊ porte inferi non p̄ualebūt
aduerſus eam ⌊ Adiuuabit eam
deus ⌋ in ſeculi aduerſitate ⌊ de borā
tem ⌊ mane ⌋ id eſt in principio cō
uerſionis ⁊ bone operatōis ⁊ hoc
⌊ diluculo ⌋ id eſt per illuminacōez
ſpiritus ſancti. Sequitur de cōuer
ſione gentium per quam citas ec
cleſie eſt impleta. Vnde dicit ⌊
Conturbate ſūt gentes ⌋ ſalubri
conturbatione ⁊ apoſtolorum p̄
dicatione ⁊ miraculorum operacō
ne ⌊ ⁊ inclinata ſunt regna ⌋ id eſt
reges ⁊ populi gentuz inclinati ⁊
humiliati ſūt ad adorandū criſtū
ſub iugo fidei ⌊ dedit vocem ſuam ⌋
id eſt predicationem ſuaz per ora
apoſtolo
rum

**Jeronimus**

⌊ ⁊ commota eſt terra ⌋ id eſt gen
tilitas mota ⁊ conuerſa eſt ad fidē
chriſti ⌊ Dominus virtutuz ⌋ ꝟ
angelorum ⌊ nobiſcum ⌋ quia per
aſſumptionem carnis p̄ceps fa
ctus eſt nobis. Jdeo dicitur emanu
el hoc eſt nobiſcum deus ⌊ ſuſceptor
noſter ⌋ carnem pro nobis ſuſcipi
ens. qui eſt ⌊ deus iacob ⌋

**Hugo** id eſt iunioris popu
li videlicet chriſtiani
per iacob ſignificati ex eo quia vicia
ſupplantare non ceſſat. Naz iacob
ſupplantans interpretatur

**Caſſiodorus** Deinde in
uitat pro
pheta populos videre magnalia do
mini ſaluatoris que facta ſunt tē
pore incarnationis ſue dicens

**Hugo** ⌊ Venite ⌋ paſſibus
fidei ⌊ et videte ⌋ id eſt
intelligite ⌊ opera domini ⌋ que tem
pore ſue incarnationis fecit de qui
bus ſubditur ⌊ que poſuit prodigia
ſuper terram ⌋ id eſt mirabilia et
inaſſue
ta.

**Caſſiodorus**

Quando virgo concepit. Stella
magis apparuit. angelorum cho
rus natiuitatem domini ſui predi
cauit pacem que in orbe vniuerſo edi
bit. Vnde ſubditur ⌊ auferens bel
la vſque ad finem
terre ⌋

**Jeronim**

Nam omnia bella in aduentu domi
ni quieuiſſe multorum narrat hi
ſto
ria.

**Caſſiodorus**

Quod non humanis viribus ſed
chriſti domini corporali preſentia
probatur effectum ⌊ Arcum con
teret ⁊ confringet arma ⁊ ſcuta cō
buret
igni ⌋

**Hugo** Ac ſi dicat tan
ta pax erit in
aduentu chriſti quod vſus iſtorum
non magis erit in terra veluti ſi eſ
ſent cōtrita cōfracta ⁊ combuſta.

**Gregorius** xxxvi . mora
liū ſed ma
gis intelligendum eſt dominum
auferre ſpiritualia bella ab eccle
ſia vbi deus conterit arcum cum
occulta inſidiantium machinamē
ta diſſoluit. Arma confringit cuz
ea que contra ſe erecta fuerant pa
trocinia humana comminuit. Scu

ta igni comburit quando peccan
cium mētes obſtinata ſe duricia
defendentes ad pacientie et confeſ
ſionis ardorem ſpi[rit]us ſancti calo
re ſuccendit **Caſſiod.** Erue nos
domine ex
armis dyabolicis quibus non de
fendimur ſed grauamur et illo nos
ſpirituali gladio precinge qui no
bis ſalutem conferat et munimen.

**Hugo** Ipſe enim aufert a vo
bis diabolica bella: et
comminuit vicia non vt ocioſi ſi
tis ſed vt ei intendatis Vnde ipſe
in perſona ſua conſequenter loqui
tur dicens Vacate [ deo et non ſe
culo [ et videte ] **Jeronim**
intelligendo
[ quoniam ego ſum deus ] qui vos
redimam et dimittam peccata vestra

**Gregorius** v. moraliū Vacant deo
qui terrenarum actionum ſtrepi
tus pro diuino amore intermitten
do poſtponunt ne dum ima indeſi
nenter occupant. cor funditus a
ſummis cadat. Sciunt enim ſan
cti viri quod nequaquam mens ad ſuper
na attollitur. ſi curarum tumultibus
continue occupatur Qui deo vaca
re negligit ſuo ſibi iudicio lumen
eius viſionis abſcondit. Qui ergo
temporalibus rebus occupantur
tunc bene exteriora diſponunt quan
do ſolicite ad interiora refugiunt.
cum nequaquam perturbationum fo
ras ſtrepitus diligunt. ſed apud
ſemetipſos intus in tranquillita
tis ſinu requieſcunt. praue enim mē
tes temporalium rerum tumultus
intra ſemetipſas verſare non ceſ
ſant etiam cum vacant et ocio
ſe ſunt. In cogitatione enim ſeruāt
depicta que amant Et quamuis nil ex
terius faciant. apud ſemetipſos
tamen ſub pondere inquiete quie
tis elaborant. quibus ſi earundem
rerum amminiſtracio prebeat ſe
metipſos funditus deſerunt et fu
gitiua hec temporalia per intenti
onis curſum continuis cogitatio
num paſſibus ſequūtur. pie autē
mentes hec cum deſunt non que
runt. et grauiter cum aſſunt ferūt
quia exteriorum curas a ſe exire
pertimeſcunt **Jeronimus**
Vacate ergo vt me cognoſcatis
et nō in aliud perturbemini [ exalta
bor in gentibus ] **Auguſtinus**
quando conuertentur ad fidem [
et ] poſtquam plenitudo gentium intra
uerit [ exaltabor in terra ] id eſt in
iudea vt omnes dicāt quod ſequi
tur Dominus virtutum nobiſcū
ſuſceptor noſter deus iacob ]

**Caſſiodorus** Deus aūt iacob ideo
frequenter apponitur vt chriſtiani
populi victoria declaretur qui licet
ſit tempore poſterior. primum ta
men populum ſcilicet iudaicum fi
dei deuotione tranſcendit

**Hugo** Illorum precipue chri
ſtianorum ſuſceptor
eſt dominus qui hic luctantur cō
tra temptationes. et vicia ſuppla
tant. quibus poſt pugnam preſē
tis vite profecto dicet illud quod

dictum eſt iacob geneſ. xxi. Non vocaberis vltra iacob ſed iſrahel erit nomen tuum id eſt amplius non eritis in lucta ſed ĩ victoria coronati de cetero vi debitis deuz facie ad faciem in vita eterna. ad quaz nos perducat ipſe cuius gracia victores ſumus dominus noſter iheſus chriſtus cui ē honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum Amen.

## Pſalm⁹. xlvi.

# Omnes gentes plaudi

Titulus. In finem p filijs chore Et patet ex quinqꝫ titulis pſalmorū imme diate predic̄torum.

**Hugo** Gentes quas in precedenti pſalmo vocauit ad fidē iam conuerſas in hoc pſalmo in perſona apoſtolorum inuitat ad laudem chriſti dicens.

Omnes gētes ⌋que recepiſtis beneficium gracie dei.

**Jeronimus** ⌊plaudite⌋ id ē laudate deum non ſoluz voce ſed ⌊manibus⌋ id eſt bonis operibus.

**Caſſiodorus** Plaudunt manibus qui elemoſinas faciūt. qui egrotis miſericorditer ſeruiūt et mādatum dei adimplent. Et ne ſolis talibus gaudijs deterem⁹ addit ⌊Jubilate deo⌋

**Jeronim⁹** In ipſo corde et omniuz membrorum officio exultate. Jubilus eſt ineffabile gaudium quod nec taceri poteſt. nec litteris poteſt homo comprehendere quantum deuz debeat laudare ⌊in voce exultacōis⌋

**Caſſiodorus** ſignificās pſalmodiam que deo pro nominis ſui maieſtate perſoluitur perfectiſſime cō monens vt ad laudem dei ſic manus peragat. quatinus gloriam eius humana lingua non taceat. decet enim vt precepta domini ſui ⁊ lingua canat ⁊ manus operet. Conſequēter ſubdit cauſas iubilandi ⁊ laudandi dicens ⌊Quoniam dominus excelſus⌋

**Nicolaus** quia tranſcendit omnem intellectum creatum et pꝫ oſequens omnem laudez ſibi oblatam ſecūdū qꝫ dr̄ eccleſiaſtici q̄drāgeſimo tercio Benedicentes dominum. exaltate eum quantum poteſtis. maior eſt enim oī laude ⌊terribil'⌋

**Caſſiodorus** quia ipſe iudicaturus eſt mundum ⌊rex magnus ſuper omnem terraz⌋ ſicut ipſe poſt reſurrectionem ſuam dicit Data ē mihi omnis poteſtas in celo et in terra

**Hugo** Subiecit populos nobis ⌋ vox apoſtolorū ē quibus ſubiecti ſunt in eccleſia populi ⌊et gentes⌋ conuerſas ad fidez ⌊ſub pedibus noſtris⌋ id eſt ſub noſtra dominatione ⁊ regimine. Modus eſt loquendi ſicut vulgo dicimus. Iſte tenet eū

ſub pedes id eſt dominatur ei Et hoc
quidē non indiſcrete facit ſed
E Legit nobis in hereditatem ſu
am id eſt ſua diſpoſitione diſcre
ta commiſit nobis eccleſiam ex gē
tibus congregatam habentem
ſpeciem iacob quem dilexit quia
ſicut iacob dedit edulium lentis p
primogenitura eſau vt habetur
geneſis viceſimo quinto ita fidelis
populus chriſtianus largitur ter
rena vt bona celeſtia conquirat.
Sequitur vox apoſtolorum ad gē
tes cōuerſas dicēs Aſcendit de
us ſcilicet chriſtus ad celum in
iubilo hoc eſt in ammirabili ex
ultacione

## Jeronimus.

quam angeli
habuerunt dicentes. Tollite por
tas principes veſtras Jam redit
victor ex prelijs et dominus in vo
ce tube in qua duo angeli tanq̄ tu
ba illo aſcendente apoſtolis dixe
runt. Viri galylei quid ammira
mini Hic Jheſus qui aſſumptus
eſt a vobis. ſic veniet quemadmo
dum vidiſtis eum euntem in celū
vt mundus infirmus crederet q̄
talibus preconijs perſonaret.

## Hugo

quia ergo dominus
aſcendit vt nobis lo
cum prepararet ſicut iubilauerūt
apoſtoli et angeli. ſic et propheta
aut vox apoſtolorum monet nos
ad laudandum creatorem ac redē
ptorem noſtrum dicens Pſal
lite deo noſtro domino iheſu chri
ſto bonis operibus ipſum laudā
do pſallite regi noſtro pſallite

## Jeronimus

Qui oppreſſo
mortis dominatu. carnem cū qua
iacuit in ſepulcro eduxit ad celū
Et bene dico pſallite Quoniam
ipſe chriſtus eſt rex omnis ter
re deus non ſolum in iudea ſed in
omni terra fidei lumine declarat᷒ ē

## Auguſtinus

pſallite
ſapienter
id eſt intelligenter vt non quera
mus ſonū auris ſed lumē cordis

## Caſſiodorus.

Nemo
enim
quicq̄ ſapienter facit quod non
intelligit. Venerunt filij chore ad
futuri ſeculi felicitatem perpetuā
vbi iam dicunt dominū regnatu
rum unde ſub
dit

## Jeronimus

Regnabit deus id eſt chriſt᷒
ſuper gentes quas in heredita
tē accepit a patre ſicut i alio pſal
mo dicit. Dabo tibi gentes in here
ditatem tu
am

## Caſſiodor᷒

Nam q̄uis et nunc regnet tunc ta
men proprie regnarē dicitur quan
do in ſuis fidelibus euidencius ha
bitare mōſtratur ſuper omnes
gentes iheruſalē celeſtem ſigni
ficat que ex omnibus nacionib᷒
adunatur deus ſedet ſuper ſedem
ſanctam ſuam ad dexterā patris
regnans per ſecula ſeculorum. Et
intuere q̄ ipā ſedē ſcām dic̄ ne itelli
gēs aliqua inſenſata a racōne ca
rēcia ſ; virtutes et thronos quib᷒
ille glo͛ſus regnator inſidet Poſt
hoc eē de ſcīs itelligi. Nā ſi q̄s ha
beat bn̄ficiū bone cōuerſacōnis. et
ipe ſit ſine dubio cella rgal' Qd ſi

alcius intendas totum cōtra p
fidos dicitur vt audita xpi ptāte
ſuccumbant qui humilitatem eiꝰ
putant eſſe contemnendam

Principes populorum⌋ id eſt q̄
primi erant de gentibus venerunt
ad fidem de quibꝰ ille centurio erāt
cuius fides commendatur in euā
gelio⌊ cōgregati ſunt cū deo abra
ham⌋ id eſt ſimul crediderunt in
chriſtum qui eſt deus abraham

**Hugo.** Ecce impletum ē q̄d
dominus dicit. Mat
iii. Potens eſt deus de lapidibus
iſtis ſuſcitare filios abrahe

**Caſſiodorus** quia ex
pulſis i
fidelibus iudeis qui carne tantum
et non operibus erant filij. plenitu
dinem gencium intromiſit ad illā
promiſſionis beatitudinem poſſi
dendam quā promiſerat abrahe
et ſemini eius. Filij autem ipſius
per ſanctam fidem facti ſunt qui
carnis ſemine non fuerunt. Vel
principes populorum id eſt apo
ſtoli congregati ſunt cuꝫ deo abra
ham id eſt cum chriſto ad iudicā
dum orbem terrarum. Sic enim et
dominus in euangelio ait. Cuꝫ ſe
derit filius hominis in ſede maie
ſtatis ſue ſedebitis et vos ſuper ſe
des duodecim iudicantes duodeciꝫ
tribus iſrahel⌊ quoniaꝫ⌋ ipſi apo
ſtoli dicuntur⌊ dij⌋ per gratiam

**Hugo.** ⌊Fortes terre⌋ id eſt
fortes i fide⌊ vehemē
ter eleuati ſunt⌋ ſignis et virtutibꝰ
vel iudei qui dicuntur dij. Iuxta
illud. Ego dixi dij eſtis

**Jeronimus** Eleuati ſūt
in ſupbia
et relictis celeſtibus terrena conci
pierunt. quibꝰ dicitur ſicut homi
nes moriemini. Iſti a deo abrahe
vel apoſtolis eis ſunt iudicandi
Nos vero oremus dominum vt de
poſito omni tumore ſuperbie ita il
li coniungamur in hoc ſeculo. vt i
iudicio a ſiniſtra pte disiuncti nō
inueniat in nobis quod damnet
i pena ſed quod pietate multipli
ci proueℏat ad coronaꝫ qui eſt be
nedictus in ſecula ſeculoruꝫ Amē

## Pſalmus xlvij.

Magnus dominus et
laudabilis nimis in
ciuitate dei noſtri in monte ſa. Ti
tu
lus **Caſſiodorꝰ.** Pſalmꝰ
cantici fi
lijs chore in ſecunda ſabbati Sab
batum eſt quod populus iudeo
rum obſeruare videbatur.

**Hugo.** prima ſabbati hoc
eſt prima die poſt
ſabbatuꝫ dominus reſurrexit. Vn
de Pſalmo viceſimotertio prepo
nitur talis titulus Pſalmus da
uid prima ſabbati quia in eo agi
tur de domini reſurrectione

**Jeronimus** Secun
da vero
ſabbati eius eccleſia catholica
fundata eſt in fide quando dixit

dominus. Et ſuper hanc petraȝ edi
ficabo eccleſiam
meam

**Hugo**

q̃a
p⁹
reſurrectionem ſuam quaſi ſecun
da die fundauit eccleſiam ſuam p
apoſtolorum predicationem que
dicitur fundamentuȝ fidei vnde ſe
ſus tituli talis eſt pſalmus iſte q̃
eſt cantici laudis diuine in quo de
ſcribit cãtilena laudãdi deũ. cãta
tur filijs chorẽ ⁊ veris criſtiaĩs imi
tatorib⁹ criſti. pro his q̃ facta ſũt
In ſecũda ſabbati videliȝ p fũda
cione eccleſie Materia vero huius
pſalmi eſt laus dei pro conſtitutõ
ne ⁊ fundacione eccleſie que eſt ci
uitas ſummi regis. propheta ergo
commendans ciuitatem hanc pri
mo laudat eaȝ a dignitate condi
toris di
cens.

**Caſſiodorus.**

Magnus dominus ⌋ q̃a poten
ter oĩa facit ⌊ ⁊ laudabil' ⌋ q̃a
pulcre ⁊ mire omnia fecit ⌊ nimis
⌋ id eſt fine termino ⁊ fine ⌊ in ciui
tate dei noſtri ⌋ id eſt i ſancta eccle
ſia in qua fideles quaſi ciues vni
untur in fide ⁊ caritate. Et ne dubi
tares vbi eſſet predicta eccleſia cõ
ſtituta intulit ⌊ in monte ſãcto ei⁹
⌋ Mons chriſtus dominus eſt q̃
fundamentum ⁊ culmen eſt eccle
ſie ſue Iſte mons ſãctus eſt. de q̃
daniel propheta ait. Creuit lapis
et factus eſt mons ita vt imple
ret vniuerſam faciem terre. Et ne
crederes predictum montem loca
lem. oſtendit eum ampliſſimum
dicens ⌊ Fundatur ⌋ i fide catho
lica per chriſtum ⁊ apoſtolos ⌊ ex

ultatione vniuerſe terre ⌋

**Hugo**

id eſt ad exultitionẽ
credentium in orbe ter
rarum quia ſicut dicitur actuum.
xiij. Audientes gentes gauiſe ſũt
⁊ glorificabant verbum domini.
Et crediderunt quotquot erant p̃
ordinati ad vitam eternam. Ex q̃
bus autẽȝ fundata eſt eccleſia cõ
ſequenter oſtendit cuȝ ſubiungit
⌊ mons ſyon ⌋ id eſt populus iuda
icus ⌊ latera aquilonis ⌋ id eſt po
pulis gentilis quem dyabolus te
nebat per idolatriam captiuum
quod yſa. quoq̧ teſtatur qui dix
iſſe dyabolum denunciat dicens.
Sedebo in monte teſtamenti in la
teribus aquilõis. hi ſunt ⌊ ciuitas
regis magni ⌋ quia ex his duob⁹
populis collecta eſt ciuitas que ẽ
ecclecia vniuerſalis. Idem Ieroni
mus et Auguſtinus. Et ſicut in
vna ciuitate ſũt multe domus ſic i
vniuerſali eccleſia multe particu
lares eccleſie in quibus a fide lib
laudatur deus Vnde ſubdit
Deus in domibus eius ⌋ videliȝ
ciuitatis id ẽ in pticularibus eccle
ſijs ⌊ cognoſcetur ⌋ cognitione fidei
⌊ cum ſuſcipiet eam ⌋ quaſi dicat
hanc cognitioneȝ habebit a gra
tia dei ſuſcipientis eam in cura vt
medicus. Quomodo autem latera
aquilonis concurrunt ad eccleſiaȝ
conſequenter oſtendit dicens.
Quoniã ecce reges terre ⌋ videli
cet tyranni ſapientes terreni quo
rum regnum erat in cultu idolorũ
⌊ congregati ſunt ⁊ conuenerunt
in vnum ⌋ id eſt in vnam prauam

voluntatem vt fideles affligerent
⁊ deſtruerent. vel congregati ſunt
cum fidelib9 in fide **Jeronimus**
⁊ conuenerunt in vnum id eſt in
vnitate eccleſie credentes in vnuꝫ
lapidē ſum̄ū angularē ī fūdamen
to fundatum ⌊ Ipſi ⌋ quoqȝ reges
conuerſi ⌊ videntes ⌋ gloriam et po
tentiam redēptoris ⁊ virtutes apo
ſtoloꝝ ⌊ ſic ⌋ in opib9 miraculorū
⌊ ammirati ſunt ⌋ de tātis ac talib9
miraculis ⌊ conturbati ſunt ⌋ pro
peccatis ſuis ⌊ commoti ſunt ⌋ de in
fidelitate ad fidem **Hugo** ⌊ tremor ⌋ futuri iu
dicij ⌊ apprehendit eos ⌋ ad agendā
penitentiam ⌊ Ibi ⌋ fuerunt ⌊ dolo
res ⌋ de peccatis ⌊ vt parturientis ⌋
quia ſicut mulier parturiens fili
um parit. ſic ⁊ dolor penitentis af
fert fructum ſalutis ⌊ in ſpiritu ve
hementi ⌋ **Jeronimus** Cum corpa
coercere abſtinentia ceperint ⌊ cō
teres ⌋ humiliādo ⌊ naues tharſis
⌋ id eſt ſuperbiam ⁊ potentiam gē
tium q̄ a tharſis ī principio a na
uigatione negociatorum ſupba
ac precellens facta eſt. Ideo hic
comparatur huic nauigio qui in
huius ſeculi fluctibus circumferū
tur oī vento luxurie atqȝ vanitatis
**Nicolaus** Iuxta litteraꝫ tres reges con
gregati ſunt ⁊ conuenerunt adora
re dominum chriſtum. Et videntes
ſtellam admirati ſunt de quorum
aduentu herodes ⁊ iudei conturba
ti ſunt ⁊ commoti ſūt ſicut dicitur

Math. ſecundo Audiens rex hero
des turbatus eſt ⁊ omnis iheroſo
lima cum illo. tremor apprehendit
eos. eo q herodes timuit perdere re
gnum ſuum quia ex hoc interius
torquebatur. Et cum illuſus eſſet
a magis ac faceret occidere infan
tes tunc ibi fuerūt dolores matrū
vt parturientis. de occiſione filio
rum ſuorum. Et herodes comperto
q tres reges rediſſent in patriam
ſuam p naues tharſis. fecit ipſas
naues ⌊ in ſpiritu vehementi ⌋ id
eſt in magna ira confringi et cō
buri. Nam in tranſlatione hebra
ica ſic habetur In ſpiritu vredimis
Et dicitur ab vro vris vrere id eſt
in ſpiritu combuſtionis vt habet
in ſcolaſtica hyſtoria Et ibidem
dicitur q tunc fuit adimpleta p
phetia iſta. Idem Caſſiodorus de
curſis omnibus que facta fuerūt
in natiuitate domini ſaluatoris ſe
quitur digna concluſio ita fuiſſe
viſum ſicut antea fuerat prophe
tatum. Vnde dicit Sicut audiui
mus ⌋ a prophetis ⌊ ſic vidimus ⌋
adimpletum in aduentu chriſti
⌊ in ciuitate domini virtutum ⌋ hoc
eſt ī ſācta eccleſia militāte quā cri
ſtus dominus angeloꝝ poſſidꝫ
et tuetur ¶ **Caſſiodorus**
⌊ i ciuitate dei noſtri ⌋ Repetitur vt
eccleſiam catholicam ſolam intel
ligeres ne ſibi hoc nomen heretico
rum conuenticula vendicarent. Et
ne iſtam ciuitatem dei temporaleꝫ
intelligeres addit ⌊ deus fundauit
eā ī eternum ⌋ **Hugo** q̄ dicat eccā
nō transfer

tur ſicut ſynagoga que enim eſt
militans eccleſia eadem erit triū
phans. Vel anagogice poteſt eſſe
vox eorū qui cum moriuntur ad
celum tranſeunt. Dicunt enim. ſic
audiuimus per fidem. quia ſicut di
cit ad romanos. x. Fides ē ex au
ditu. ſic vidimus per remuneracō
nem. in ciuitate domini virtutum.
id eſt in illo regno celeſti.

Collect. Vnde legitur de du
obus monachis
magne deuotionis ſibi inuicē pol
licentibus vt quis eorum primus
obiret. alteri ſuperſtiti nunciaret
de gaudijs illius regni celeſtis qui
bus anime fideles fruuntur. Vnde
ſpiritus primi decedentis rediens
alteri aiebat. Sicut audiui ſic vidi
in ciuitate domini virtutum i ciui
tate dei noſtri. Sequitur de aduen
tu domini ſaluatoris gratias agē
do ei qui pro nobis venit incarnat

Caſſi. Vnde fideles chriſtiani
qui eis p̄cepta ſūt ſecu
ti dicunt ⌊ Suſcepimus ⌋ O ⌊ deus
miſericordiam tuam ⌋ id eſt domi
num chriſtum qui pereunti mun
do miſertus eſt. aptum nomen vt
miſericordia vocaretur qui et ſalua
tor vere dicitur ⌊ in medio templi
tui ⌋ hoc impletum fuit quando cri
ſtus fuit a ſanctiſſima matre ſua
in ſinagoga illa iudeorum preſen
tatus ſed illo populo iudeorum nō
credente. vocate gentes miſericor
die munera perceperūt. In medio
templi dictum eſt vt non credenti
um improbitas grauius argua
tur qui contempſerunt ſequi quē

in medio eorū cō
ſtat eē cōſpēm

Nicolau

Secundum nomen tuū ⌋ id eſt ſecundum
magnitudinem nominis tui que
eſt infinita ⌊ ſic et laus tua in fines
ter

Caſſiodorus

re ⌋ Ac ſi
dicat
Sicut in toto orbe terrarum reuerē
cia tui nominis dilatatur. Ita et in
eccleſia que per totum mundū
diſtenditur deuotio tibi laudis of
fertur ⌊ iuſticia plena eſt dextera
tua ⌋ Per dexterā ſignificat locum
vbi iuſti ſunt collocandi. Plena
eſt dextera eius iuſticia qui in illā
partem recipiuntur qui ipſius mu
nere iuſti eſſe meruerunt. Idem
auguſtinus et Jeronimus ⌊ Letet
mons ſyon ⌋ id eſt eccleſia catho
lica que i ſpeculatione populi no
ſcitur conſtituta. Nam ſyon ſpecu
latio interpretatur ⌊ et exultent fi
lie iu

Auguſtinus

de ⌋ Omēs
filij cō
feſſionis filij iude ſunt. quia iudas
confeſſio interpretatur. Cauſam
ſubiungit dicens ⌊ propter iudicia
tua domi

Jeronimus

ne ⌋
hoc eſt propter iudicia tua occul
ta quia reprobati ſunt iudei et ele
cti ſunt gentes ⌋

Hu. Vnde apo
ſtolus ad
in fide
romanos vndecimo ait. O altitudo
diuiciarum ſapientie et ſcientie dei
quam occulta ſunt iudicia tua et inue
ſtigabiles vie tue ⌊ Circuīdate ſyō
⌋ id eſt defendite eccleſiam in cre
dulitate veſtra ⌊ et complectimini
eam ⌋ in caritate ⌊ narrate ⌋ hoc eſt

predicate [in turribus eius] [lau
dem et gloriam chriſti Turres ſüt
principes eccleſie quia ſicut turris
fortis eſt et vndiq; ſpeculatur ſic et
ſancti fortes ſpeculatores debent eſ
ſe in genere
humano **Caſſiodor.**
vt a religioſo ſermone ceſſare nõ
debeant quo ſanctis ordinibus ob
ſecundant P Onite corda veſtra
in virtute **Jeronim⁹** ne ſe
eius] pare
mini a caritate quã docuit q; ecce
prelati non ſolum predicant ſed
hoc etiam opere habent implere[
et diſtribuite domos eius ]id eſt
O vos doctores eccleſiarum diſtri
buite gradus ordinacõnum cano
nice et ſancte non premijs corrup
ti non perſonarum acceptione p
adulationẽ di
lapſi **Caſſiodo.**
diſtribuit autem gradus eccleſie
quia officia eius diſtincta ordina
cione diſpoſuit. Sunt enim in illa
lectores ſubdyaconi dyaconi pre
ſbiteri epiſcopi. Et quãuis vna ſit ec
cleſia. officia tamẽ continet hono
rum varietate diſtincta. cuz addi
tur[ vt enarretis ]predicando ma
gnalia dei[ in progenie altera]
**Jeronimus** id eſt non ſo
lum his qui
credunt ſed his qui credituri ſunt
Et quid inquit enarremus.
**Caſſiodorus** Q uoniã
hic ]vide
ret chriſtus dominus qui carnali
bus oculis dignatus eſt apparẽ.
Hic: eſt pronomen articulare

**Hugo** [ eſt dominus de⁹ no
ſter ]qui nos creauit
et redemit. Jteratio hec nominis ẽ
nota confirma
tionis **Nicolaus**
Et dicit noſter. q̃a ipſe dedit ſe no
bis non ſolum in preſenti p gra
tiam ſed etiam in futuro per glori
am Jdeo ſequitur[ in eternum et in
ſeculum ſe
culi] **Caſ.** ergo deum im
mortalem ſem
piternum ſine fine potentiſſimum
chriſtum dominum aſſerunt pre
dicandum. qui in ſe credentes iugi
ter protegit ac defendit vnde ſubdi
tur[ ipſe reget nos in ſecula ]Re
git vtiq; nos ne cadamus.
**Jeronimus** Jpſe enĩ lu
bricos et tor
tuoſus greſſus noſtros direxit in
ſe qui eſt via pacis et pax noſtre
ſalu
tis **Caſſiodorus** Quã
ta ti
bi O bone rex cura eſt hominuz q̃
bus tam multiplicem medicinaz
dignaris ingerere viſionum. Non
vis ſemel dicere q; humanitatem
non pateris ignorare. vndiq; am
mones. vndiq; doces et fidem no
ſtram introductas perſonas da
mare facis vt locus ignorantie
funditus videatur abſcidi Merito
ſanctus tuus Job dicit. Quid fa
am tibi O cuſtos hominum. Tu
preſtas quod nos mereri poſſe
neſci
mus **Collector** dirigam⁹
igitur kariſ
ſimi animum ad illam ſupnã dñi
virtutũ ciuitatẽ vbi inumerabiliũ
ſcõrum exercitus tãto letior exul

tat quanto hic durius exiſtit affli
ctus Laboremus illic peruenire vt
quod hic audiuimꝰ ibi aliquā do
mereamur videre quomodo illa ce
leſtis ciuitas continua fruitur leti
cia vbi hymnidici angelorum cho
ri ⁊ ſocietas supernorum ciuium
viciſſim de ſe omnes gratulātur.
ad illam ciuitatis dei iocunditatē
auida deuotiōe properemꝰ ad con
templandum deſiderabilem domi
noſtri aſpectum vt eum quē pre
ſentis pegrinatiōis regē ac ducē
habemus. etiam poſt huius vite
terminum principem habeamus
ac leticie largitorem. Qui cum pa
tre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat
in ſecula ſeculorum Amen

## Pſalmus .xlviii.

# Audite hec o
mnes gentes Titulus
In finē filijs chore pſ
Caſſ. Tituli huiꝰ ver
ba ſicut ſepe dcm eſt cūcta trahūt
ad dominum ſaluatorem. Ipſe ei
in fine ſignatur. ⁊ per filios chore
intelligitur. ⁊ per pſalmū fine du
bio denunciatur vt ſub titulis pre
dictorum pſalmorū ſufficienter
eſt dictum vt merito ipſius vocem
venturam eſſe ſenciamus cuiꝰ tot
indicijs lāpabilis ſermo ꝓmittit
**Auguſtinus** Omnia di
uina eloq̄a
ſalubria ſunt bene intelligentibꝰ.
piculoſa vo hiis qui ea volunt ad
ſui cordis peruerſitatē torquere.
potius ꝙ̄ ſuum cor ad eorum recti
tudinem corrigere. Hec eſt enī in
hominibus magna et vſitata per
uerſitas quia cum debeant viuere
ſcdm voluntatem dei. deum volunt
viuere ſcdm voluntatem ſuam. Et
cū ipſi nolunt corrigi. illum volūt
deprauari. rectum non arbitran
tes quod ille vult. ſed quod ipſi
volunt. Solemus autē audire ho
mines murmurantes aduerſus de
um: ꝙ malis bene ſit in hac vita. ⁊
boni laborent. quaſi deus peruer
ſus ſit et neſciat q̇d agat aut ōni
no auertit oculos ſuos a rebꝰ hu
manis Murmurant ergo hoīes
qui propterea deum volunt colere
vt hic illis bene ſit. quādo viderit
eos qui deum non colunt pollē at
ꝗ florere felicitate terrena. ſe aūt
deum colentes laborāre ī anguſtia
in neceſſitatibus. in erumna cete
ris ꝗ difficultatibus mortalitatis
humane Contra iſtam vocem et
contra has blaſphemias murmu
rantium cantat ſermo diuinus
**Jeronimus** Vel ſpiritus
ſanctus in p
ſona predicatorū hunc pſalmū
eo ꝙ doceat mundi diuicias cū va
nis honoribus ſpernendas cauen
das ꝗ etiam ſerpentis aſtucias q̄
hominibus predictis cogitacōes
immittit iſanas. In primis itaꝗ
omnem orbem ad audiendum dei
verbum inſtanter commonet di
cens
Audite hec omnes gentes ⌋
Vos omnes qui gentiliter
id eſt beſtialiter viuitis ⌊ auribꝰ ⌋

cordis quibus deus audit ⸤ pcipi te⸥ id eſt itelligit ⸤ qui habitatis or te⸥ **Caſſiodo.** p hoc q̄ di cit qui habi tatis orbem : accipimus chriſtia nos ⁊ iuſtos qui norūt orbem ter rarum ſic eſſe habitandum vt in eius ſceleratis nō iplicēt erroribꝫ ⸤ Quicꝫ terrigene ⸥ id eſt pecca tores qui vicia terrena ſectantur ⸤ ⁊ filij hominum ⸥ vos boni ⁊ racō nales q̄ ſequimini filiū hominis ⸤ ſimul in vnum diues et pauper ⸥ diues pertinet ad terrigenā qui inumeroſis peccatis probat opu lentus Pauper reſpicit ad filios hominum qui ambitu huius ſecu li pauperes ſunt vt futuras diuici as pleniſſime conſequantur ſicut in euangelio dicit. Beati paupes ſpiritu quoniam ipſorum eſt reg num celorum. **August.** Quid per iſta voluit ſignificare niſi quia eloq̄a q̄ dictu rus eſt audituri erant non ſolum peccatores ⁊ impij ſed etiam iuſti pmixto modo audiūt omnes ſꝫ cū ventum fuerit ad reddendam rati onem ſepabuntur qui ſine cauſa audierunt. ab illis qui auribus p ceperūt. omnes ergo ſimul i vnū audiant docentē ne ſegregati ab inuicem audiant iudicantē. Et q̄d eſt quod nunc audituri ſunt. ⁊

**Caſſiodor.** ⸤ Os meum loquetur ſapi entiam ⸥ que pertinet ad miſteria diuina declaranda q̄ abſconditur inſipientibus huius ſeculi ⁊ reue lata eſt puulis ⸤ et meditatio cor dis mei prudentiā ⸥ que pertinet ad mores probabiles inſtruen dos. Sic omnis ſermo diuinus du abus his virtutibus pleniſſimus indicatur. **August.** Dixit enī me ditatio cor dis mei ne forte intelligeres eū ti bi loqui qui in labijs haberet ſa pientiam Multi enim in labijs ha bent ⁊ in corde non habent de qui bus ſcriptura dicit. Populus iſte labijs me honorat cor autem eo rum longe eſt a me. **Hugo** Sapiē tia enī proprie eſt in corde ⁊ ore. pruden tia vero i opere. Vnde moraliter re prehenduntur illi qui cogitant et loquuntur mlta bona ⁊ nl faciūt operando.

**Caſſiodorus**

Poſtq̄ꝫ virtutē eloquentie ſue mi rabilis predicator duobus dixit inſignibus contineri nunc quem admodū precepta ſua poſſint ab humano genere ſuſcipi aurem in clinaturum ſe eſſe promiſit vt cog noſceret ſi pdicationē eius popu lus deuotus impleret Vnde dicit ⸤ Inclinabo in parabolam aurē meam ⸥ Parabola eſt ſermo expo nens ſimilitudines rerum videlicet cum per vineā intelligatur eccle ſia quaſi dicat **Nicolaus** appli cabo intellectum meum ad intelligēdū verba legis ⁊ prophetarū que fre quenter ſunt parabolica et tunc potero lucide tradē ea alijs. Ideo. ſubditur **Hu** ⸤ aperiam ⸥ i. lucide ⸤ in pſalterio ⸥ i.

operatione a pſalī dictum quod
eſt tangere[ ꝓpoſicōem meā ] vł
lud quod ī corde ꝓpono. Itē ſen
ſus. factis oñdam que dico. Deide
incipit narrare que promiſit ſe di
cturum. Et primo de pena malorū
que a timore incipit dicit in perſo
na generalis hoīs[ Cur timebo
ī die mala ] ꝭ hoc eſt in die iudicij
Sed nonne dominus in nocte veni
et. ſcđm illud math. xxv. Media
autem nocte clamor factus eſt. Ec
ce ſponſus venit. ſed iudicii dies di
citur dies ꝓpter manifeſtationem
operum: que nuda ⁊ aperta ſunt
oculis dei. vt dicitur. i. ad cor. v.
Facta queſtione reſpondet in pſo
na malorum dicens. Ideo timēdū
eſt mihi. quia[ iniquitas calcanei
mei circundabit me ] Calcaneus
eſt extrema pars hoīs ⁊ notat
finem vite eius ꝰ mortem in qua ī
iquitas ꝰ pena pro iniquitate circū
dat hominem. Hunc enim iniqtas
calcanei circūdat. qui extrema vi
te ſue claudit fine ſceleratō. quod
reprobis contingere ſolet. De qᵇ⁹
ſubditur[ Qui ꝯfidūt ī vtute ſua ]
**Nicola** Circa quod ſciēdū
eſt ꝙ iniquitas cir
cundat impium ꝓpter quam in iu
dicio condemnabitur. Ex duobus
principaliter oritur. ſ. ex preſentis
proſperitatis inordinato appetitu.
⁊ ex future felicitatis contemptu.
Circa primū dicitur. qui confidūt
ꝰ fiduciam ⁊ fidem ponunt in vir
tute ſua ꝰ in poteſtate temporali in
ſe ⁊ in amicis ſuis.[ ⁊ in multitudi
ne diuiciarum ſuarum gloriant̄ ]

tanq̄ in ſummo bono: ⁊ per conſe
quens in abiſſum peccatorū labū
tur. tanq̄ circundati calcaneo ini
qui
tatis **Caſſiodo.** Neceſſe ē
ei vt tales
time ant finem. qui ⁊ de re munda
na miſereri nolunt ⁊ pc̄ōrum ſuo
rum penas conſciā teſte formidāt
**Hugo.** quos oſtendit eē de
ceptos dicens.[ Fra
ter non
redimit ] **Nicolaus** ꝙ nul
lus ab
illa ſentencia extreme damnatio
nis videlicet. Ite maledicti in ignē
eternum poterit redimi prece vel p̄
cio fratris vel amicorum ſuorum.
ſcđm ꝙ dicitur puerb. vi. Zelus
⁊ furor viri non parcet in die vin
dicte. nec adquieſcet cuiuſq̄ preci
bus: nec recipiet pro redemptio
ne plurima Sequitur[ redimet ho
mo. ꝭ ] hᵒ legitur īterrogatiue qua
ſi dicat. Ipſe peccator poterit ne
ſeipſum redimere. quaſi dicat nō.
quia in inferno nulla eſt redem
ptio. Ideo ſequitur.[ nō dabit deo
placationeꝫ ſuam. ] id eſt ſacrifici
um vel oblationem ſuam pro pec
catis ſuis. vnde ſibi placetur de
us[ Et preciuꝫ redemptionis ani
me ſue ] ſimiliter non poterit dare
quia erit extra ſtatum merendi.
propter quod ſequitur[ Et labora
bit in eternuꝫ ] in tormentis perpe
tuis poſitus[ ⁊ viuet adhuc ī finē ]
vt ſemper ſentiet penaꝫ que a mo
rientibus ſentitur. propter̄ quod
dicitur apocal. nono. In diebus
illis querent homines mortem: et
non inuenient eam. ⁊ deſiderabūt

mori ⁊ fugiet mors ab eis Et hoc
modo exponit Jeronimus.
paſſuȝ iſtū [ nō videbit ] Ad itelli
genciā cuius ſciendum eſt.
Jeronimus q̄ ſi amator mundi vide
rit hominem ſapientem in deo de
hoc mundo migrare dicit Quid hu
ic ieiunia: quid caſtitas: quid ele
moſine profuerunt. nōne ipſe mor
tuus eſt. Nicolaus Quia igi
tur mundani homines vident iuſtos ⁊ in
iuſtos ſapientes ⁊ ſtultos ſimili
modo mori reputant: q̄ non ſit a
lia vita poſt mortem in qua iuſti
premientur ⁊ ſtulti puniantur. ⁊
hec eſt occaſio currendi ad vicia ſi
ne freno. Vnde in perſona talium
dicitur ſapientie ſecundo Ex nichi
lo nati ſumus. ⁊ poſt hec erimus
tanq̄ ſi non fuerimus. Et poſtea
concluditur Venite ergo ⁊ fruamur
bonis que ſunt ⁊ ſubditur. Nullū
pratum ſit quod non pertranſeat
luxuria noſtra. Et per conſequēs
tales ponunt finem ſuum vltimū
in vita ſua. nec poſt mortem q̄rūt
aliud niſi q̄ remaneāt in hominuȝ
memoria. ſed per talia deueniunt
ad penam inferni Igitur ſcd̄m iſtā
ſentenciā dicitur ſic [ nō videbit ]
Hugo id eſt non credet aut nō intelliget [ interi
tū ] gehēne qui eſt eternus iuxta illud
Gregorius Qui cor in preſentibus
figit: que ſequūtur ſupplicia non
attendit. Vnde in cantico deutro

nomij dicitur. Vtinam ſaperent ⁊
intelligerent: ac nouiſſima proui
derent. Peruerſus ergo non preui
det futuruȝ damnationis interitū
[ cū viderit ſapientes morientes ]
temporaliter. vnde ſapientie .vij.
Vnus introitus eſt omnibus ad
vitam ⁊ ſimilis exitus: ſupple ſcd̄m
carnem ſed multum diſſimilis ſcd̄m
ſpiritum. quia iuſtus tranſit ad
gloriam iniuſtus ad penam Vn
de ſubditur. [ ſimul inſipiens ].
Jeronimus Qui dei noticiam habere cō
temnit de quo apoſtolus ait Oīs
ignorans ignorabitur [ ⁊ ſtultus
peribunt ]. Stultus vero eſt qui in
diuicijs ⁊ non in deo ſperat Et re
linquent alienis diuicias ſuas. ]
Auguſtinus Ego diſcutio ſenſum iſtuȝ
quia inclino in parabolam aurem
meam. ⁊ video non fruſtra ſic lo
qui ſcripturam. Video enim mul
tos iniquos mori: quibus ſucceſ
ſores ſunt filij iniquorum. filij ſūt
filij alieni. Omnes enim iniquorū
ſiue filij ſiue parentes ſiue vicini
in hoc alieni ſunt. quia illis de ſu
is diuicijs ſubuenire non poſſunt
Quicunq; in tribulatione tibi ſub
uenire non poſſunt. alieni a te fa
cti ſunt. Fratres enim illius diuitis
ſepulti in inferno ſucceſſores diui
ciarum ſuarum alieni fuerunt. q̄a
in flammis ei ardenti ſubuenire nō
poterant. Ait enim. Habeo quin
q; fratres, vnum fratrem michi nō
feci qui iacebat ad ianuam meaȝ
Et tamen ſi in aliquo prodeſſe vidē

tur. Unde ſequitur [et ſepulcra
eorum domus illoꝝ] ſunt in qui
bus habitant corpora eorum [in
eternum] .ſ. huius ſeculi. vſqꝫ ad
reſurrectionem. Vel ideo dicuntur
hic eſſe. **Jeronimꝰ** eorum
perpe
tua habitatio. quia non reſurgūt
vt habeant vitam eternam. ſed
vt damnentur in pena

**Nicolaꝰ** Tabernacula
eorum in pro
genie et progenie] ſ Faciunt enim
magnas et ſumptuoſas tūbas
que poſſunt permanere in multis
generationibus ad conſeruandaꝫ
eorum memoriam et famam. Un
de adhuc ſubditur [vocauerunt no
mina ſua] id eſt dederunt cauſam
vt fama remaneret nominum eo
rum [in terris ſuis]. quia magis
curant de fama: et in vita: et poſt
vitam in terra propria ꝙ aliena.
Simile legitur ſecundi regum deci
mo octauo de Abſalon. Unde di
citur. Porro Abſalon erexerat ſibi
cum adhuc viueret titulum. id eſt
ſtatuam que eſt in valle regis. di
xerat enim. Non habeo filium. et
hoc monumentum nominis mei
Et vocatur manus Abſalon: vſqꝫ
ad hanc diem. Huius cauſa erro
ris ſubditur cum dicitur [Homo
cum in honore eſſet] Honor homi
nis conſiſtit in hoc. ꝙ factus eſt
ad imaginem dei. Capax ipſius
per cognitionem et amorem. et ſic
ordinatur ad beatitudinem eternā
quam homo carnalis [non intelle
xit] ſe eſſe ad imaginem dei forma

tum. Et ideo [comparatus eſt iu
mentis inſipientibus]. eo ꝙ eli
gat vitam voluptuoſam que voca
tur vita beſtialis. primo ethicoꝝ
[et ſimilis factus eſt illis]. quia
ſubtracto honore imaginis dei p̄
dicte non differt homo a brutis
Unde et in talium carnalium per
ſona dicit eccleſiaſtes tercio. Unꝰ
eſt interitus hominis qui et iumē
torum. et equa vtriuſqꝫ conditio.
ſicut moritur homo ſic et illa mori
untur. nec habet aliquid homo iu
mento
amplꝰ **Hugo** Aſſimila
tur enim
homo equo per luxuriam. porco
per guloſitatem. Leoni per incon
ſideratam audaciam. Vulpi per
doloſitatem. Urſo per crudelita
tem. et ſic de ſingulis.

**Nicolaus.** Hec via
illorum]
id eſt progreſſus talis in vita pre
ſenti [ſcandalum ipſis] quia facit
eos ruere de peccato in peccatum
vt dictum eſt [et poſtea in ore ſuo
complacebunt.] quia iactant ſe
de tali vita: tanꝙ aſſecuti felicita
tem huius ſeculi. Nam laudatur
peccator in deſiderijs anime ſue et
iniquꝰ benedicitur. Sed quia non
vident nec conſiderant penam ſi
bi paratam poſt mortem. Ideo ſub
ditur. Sicut oues] ſcilicet ducte
ad occaſionem et hoc ignorantes
ſic iſti [in inferno poſiti ſunt]. id ē
ponentur poſt mortem. [mors de
paſcet eos]. ſcilicet mors gehen
ne que ſemper corrodit miſeros ſi
cut animalia herbas. vel ſicut vere

m̄es corrodunt cadauera in ſepul
cro · ſic pena gehenne corrodet eos:
vt viuentes ſemper moriantur.
⁊ moriendo ſemper viuant in pe
nis. Deinde oſtendit quis finis e
rit iuſtorum dicens · Et domina
buntur eorum ·⌊id eſt malorum ·
⌊iuſti in matutino⌋. hoc eſt poſt
dormicōnem corporum in reſurre
ctione mortuorum: quando iudex
veniens ad iudicium ſua claritate
illuſtrabit omnia que prius erāt
in nocte · quia tunc clare diſcernen
tur pij ab impijs . Et iſti videlicet
pij in beatitudine dominabuntur
Ideo ſubditur. ⌊Et auxilium eoꝝ⌋
quod habebant ab amicis carna
libus in vita preſenti · ⌊veteraſcet
in inferno⌋ quia totaliter ceſſabit
⌊a gloria eorum⌋ · que tunc eis uer
titur in magnam confuſionem et
penam . iuxta illud apocalipſis de
cimooctauo · Quantum glorifica
uit ſe et in delicijs fuit · tantum da
te illi tormentum ⁊ luctum · Sed
quia iuſti a talibus erunt liberi Idō
ſubditur · Veruntamen deus redi
met animam meam de manu infe
ri⌋ · id eſt de poteſtate dyaboli. ⌊Cū
acceperit me · ⌋de hac mortali vita
ad gloriam in eterna beatitudine ·
iuxta illud · Iohannis decimo ſe
ptimo. Iterum veniam ⁊ accipiā
vos ad meipſum · vt vbi ego ſum
⁊ vos ſitis

**Auguſtin⁹.**

Si viſurus es hominem malum ⁊
florentem: ⁊ dicturus es in aīma
tua · Deus ego cognoui facta hui⁹
hominis · que ſcelera fecit iſte ho

mo Et ecce floret teret: dominatur
⁊ extollitur · caput illi non dolet.
nichil in domo eius diminutum ē
Et timebis . ⁊ forte dicet cor tuum.
Me miſerum puto . ſine cauſa cre
didi · deus non reſpicit res huma
nas . Excitat ergo deus nos dicēs
Ne timueris ⌋ quaſi miſer ⁊ p̄ua
tus omnibus bonis temporalib⁹
⌊cum diues factus fuerit homo · ⌋
viuens carnaliter ⁊ mundane · ⌊⁊
cum multiplicata fuerit gloria do
mus eius ⌋ in diuicijs ⁊ in cogna
tis ⁊ in prole et amicis ·

**Caſſiodo.** Vt quid dicit
gloria domus
eius. c. vt non ſolum ipſe veruȝ eti
am omnes qui ad ipſuȝ pertinēt
magna pompa florere videantur

**Nicolaus.** Sed quare iſti
non debeant ti
mere cauſam ſubiungit dicens ·
Quoniam cum interierit non ſu
met omnia. ⌋ ǹimus enim dicit: et
plus ſignificat · ſcilicet ꝙ nichil ſu
met neqȝ⌋

**Hugo.** Vt ſit ne
tollet ·
gatio vni
uerſalis · ⁊ non vniuerſalitas ne
gata. ⌊neqȝ deſcendet cuȝ eo gloria
eius ⌋ id eſt proſperitas vite p̄ntis

**Caſſiodorus** deſcende
re mortu
os peccatores dicit quaſi in pro
fundiſſimam foueam ſed ſine glo
ria ſeculari · ſine turba ſatellitum ·
ſine preſumptione gazarum · quo
niam nec valet aliud ſecum porta
re niſi vnde poſſit ardere · ꝙ̄ de for
mem in alia patria reſpicies quē
hic mundiſſimuȝ precioſa veſte

mirabaris. Et merito non deſcen
det cum eo gloria eius.

**Hugo.** Quia anima ſen
ſualis eius. s. di
uitis florentis in hoc ſeculo in vi
ta ipſius benedicetur & commenda
bitur ab adulatoribus: qui aſſi
ſtunt ta
libus **Caſſiodo.** Et iter
garru
litates & epulas paſtoribus ſuis
bene optare conſueuerunt.

**Jeronim⁹.** Benedicitur er
go a ſtultis ꝓp
ter potenciam. ꝓpter victus & po
tus affluenciam: qui ſepe profe
runt non de bene viuente ſed de be
ne paſcente ſentenciam laudis

**Auguſtin⁹.** Tu dicis quia
manducauit
& bibit quia fecit quod voluit: q
niam ſplendide eſt epulatus Ideo
ſecum fecit bene. Ego dico ſecū ma
le fecit. Etenim diues ille quando
quotidie epulabatur ſplendide:
bene ſibi facere putabatur. Cum
autem cepit ardere apud inferos
tunc inuentum eſt male quod pu
tabatur bene. Quod enim mandu
cauerat apud ſuperbos hoc digere
bat apud inferos. iniquitatem di
co quam ore cordis manducabat
ergo in vita benedicetur et i mor
te torque
bitur **Nicolaus** Confi-
tebi
tur tibi o domine patrē te cōmen
dans & laudans. cum benefece
ris ei id eſt cum operatus fueris
ſecum ad eius lucrum temporale:
vel honorem: vel
alius ſimile **Caſſiod.**

qui ſi aliquid contrarium patitur
blaſphemare & murmurare non de
ſinit. Nos autem pio corde omni
tempore collaudemus dominū qui
ſalutem noſtram ſemper in ad
uerſis & in proſperis operatur

**Nicolaus.** et Introi
bit vſq; in ꝓ
genies patrum ſuorum deſcendēs
cum eis ad infernum ſicut fuit imi
tator paternorum ſcelerum.

**Jeronimus.** Magis enī
in diuicijs
quā in deo ſperauit: ſicut omnes pa
tres eius. Ideo de eo dicitur Eijcite
eum in tenebras exteriores. ibi
erit fletus & ſtridor dentium.

**Caſſiodorus.** Patres
enī ipſi⁹
appellauit non tantum ex ſemine
carnis quantum quia morum imita
tione ſecuti ſunt. ſicut in euāgelio
dicit incredulis. Vos ex patre di
abolo eſtis. Addidit Et vſq; i eter
ctus maris opire quos ſeruāt.

**Caſſiodo.** Deinde hortatur
populum dei ad
pn̄ie ſoſpitatē: dicens. ⌊ Venite
adorem⁹⌋ cu₃ fidei deuotione ⁊ cor
poris flexiōe⌊ ⁊ pcidam⁹⌋.

**Nico.** humiliter adorando⌊ ⁊
plorem⁹⌋ pctā noſtra
ꝯfitēdo⌊ ante deū qui fecit nos⌋ ad
imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā⌊ q₂ ipe
eſt dn̄s de⁹ noſter⌋ dans ſe nobis
per ſuam incarnationem.

**Hugo.** ⌊⁊ nos ꝓpl'us paſcue
eius⌋. q₂ ipſe nos ſuo
quotidie corpe paſcit ⁊ ſāguine.
⌊⁊ oues manus eius⌋.

**Caſ.** Oues ſignt cordis ſimpli
citatē quā hīe ꝯſtat po
pulū q̄ paſtori ſuo xp̄o manſueta
pietate ꝯſentit. Deīn alloquit̄ dn̄s
ſaluator iudeos ne parentū ſuoru₃
obſtinatiōib⁹ imitatis a req̄e dn̄i
recedantur alieni. Vnde dicit.

**Nico.** Hodie⌋ ⁊ in tpe grē
qđ vocat̄ dies Jux̄ illud
ad Rō. xiij. Nox pceſſit: dies āt ap
propinq̄uit. Vbi p noctē intelligi
tur vetus teſtamentū. p diē nouū.
⌊ſi vocē eius audieritis⌋. ſi. p quia.
audiſtis. ⌊nolite obdurare corda
veſtra⌋ legē euāgelicā repellendo.
Obduratio em̄ cordis hūani i ma
lo nō pueniit p̄° ex pte dei: ſʒ ex pte
liberi arbitrij hoīs a deo ſe auertē
tis. Et idō de⁹ ꝯſeq̄nt̄ retrahit grāz
ſuā cor mollificantē: ⁊ ſic ī infidelita
te ⁊ in malo obdurat̄. Conſeq̄nter
ad ꝓpoſitū adducit̄ exemplū de ill
q̄ territi verbis exploratoru₃ rebel
les fuerūt dn̄o ⁊ Moyſi. ⁊ voluert
reuerti ī egiptū: vt habet̄ Nū. xiiij.
Et hoc eſt qđ dī. ⌊Sicut ī irritatio
ne⌋ ⁊ nolite obdurare corda vr̄a
ſic fecerūt parētes vr̄i in deſerto in
irritatōe. ⌊ſcd̄m diē⌋ ⁊ in die ⌊tēpta
tionis in deſerto⌋ facte. Vocatur

autem iſtud peccatū irritatio ⁊ p
uocatio ad irā dñi. q̄ viderant tot
mirabilia eius in egipto: ⁊ in trāſi
tu maris rubri ꝙ nullo modo debe
bant dubitare de impletōe ꝓmiſſi
onis diuine .ſ. ꝙ abſq; difficultate
introduceret eos ī terrā ꝓmiſſio
nis. ⌊vbi⌋ .ſ. in deſerto ⌊tēptauerūt
me p̄res vri⌋ multociens: ſic dicit̄
Nume. xiiij. Jam tēptauerūt me p
decē vices. ⌊ꝓbauerūt ⁊ viderunt
opa mea ⁊ mirabilia q̄ feci coram
eis. Et qm̄ non crediderūt. ido qua
draginta ānis fuit ꝑplus iſrl' impe
dit⁹ ab igreſſu t̄re ꝓmiſſiōis in qui
b⁹ oēs mortui fuerāt ī deſto q̄ vide
rant mirabilia dei: ⁊ increduli fue
rant: vt habet̄ Nume. xiiij. Et hoc
eſt qd ſubdit. ⌊QVadragīta an
nis offenſus fui gnatiōi illi⌋ retar
dans eos ab impletōe ꝓmiſſi. ⌊Et
dixi. ſemp hi errant corde⌋.

**Hugo** ⁊ ex certa malicia et
volūtate cordis incre
duli ꝑdurāt. Semp erraſſe iudica
bit̄: q̄ in finē errans īueniet̄ur.

**Nico** ⌊ET iſti non cognoue
runt vias meas⌋ ⁊ pre
cepta mea ī quib⁹ debebāt ambu
lare: qd nō fecerūt malicia eorum
ipſos excecante ⌊quib⁹ iuraui⌋ ⁊
irreuocabilit̄ diffiniui ⌊ī ira mea⌋
⁊ in affectu vel in rigore vindicte
mee. ⌊ſi itrabūt⌋ ⁊ nō itroibūt ⌊in
requiē meā⌋ ⁊ in terrā ꝓmiſſiōis
in q̄ dedit de⁹ filijs iſrl' quietē. Et q̄
illa fuit figura quietis btōꝝ in pa
tria: ſic Apl's. dicit ⁊ ad Corint. x.
Omnia ī figura ɔtīgebāt illis. Ido
p hoc intēdit dauid inducere popu
lum maxime hebraicū: ne p rebelli
onē ad xp̄m ꝓhibeant̄ ab igreſſu
terre viuentiū: vbi eſt reqes btōꝝ

**Caſſi.** In quā obſtinati nō in
trabāt. qm̄ et̄na mors
illos ſuſcipiet: q̄ nō meruerūt ad
ſatiſfactōis ei⁹ munera puenire.

**Collect.** Notandū ꝙ iſte pſ.
expoſit⁹ eſt ſm̄ tūſla
tōez quā tenet ecc̄a gallicana. q̄ tn̄
cantat̄ in p̄ncipio matutinarū i ec
cleſia noſtra ſcd'm tranſlationem
quā tenet eccleſia romana.

**Hugo** Et q̄ ipſe eſt īuitato
rius iudeoꝝ vt p̄di
ctū eſt. ido non cantat̄ in ephia do
mini in p̄ncipio matutinal' officij
eo ꝙ ipſa die tres magi p̄mitiue
gentiū venerūt adorare dn̄m. ſ; can
tatur ſexto loco: videl; in fine ſecū
di nocturni: ad ſignduz ꝙ iudei in
fine ſexte etatis ſaluabūtur con
uerſi ad chri
ſtum

**Caſſi.** Audite in
dei ſacrile
ga mēte durati: vt ſi bn̄ficia dei nō
recolitis: ſaltē debita ſupplicia for
midetis. Quid eſt aliud in requiē
non itroire: niſi ꝑpetua tormēta ſu
ſcipe. Merito ad requiē itrare nō
pñt q̄ Jeſuz xp̄m ianuā tranquilli
tatis offendunt. Non ergo vos im
plicet q̄ſum⁹ error alien⁹ p̄rm v̄ro
ruz: ſ; deſideria meliori ɔditōne mu
tate. Si aq̄s ī ſiccitate petitis: ad fō
tem dñi ɔuenite. ſi manna deſidera
tis: corp⁹ dn̄i ſaluatoris accipite.
Illa dederūt p̄ribus veſtris penā;
iſta nobis tribuūt requiē ſempi
ter
nā.

**Jero** Timeam⁹ ⁊ nos xp̄ia
ni ne forte accepta pol

lꝫcitatione introeundi in requiem
eius exiſtimetur aliquis ex nobis
deeſſe. Etenim nobis nunciatũ eſt
quemadmodũ illis: ne ſimꝰ incredu
li pmiſſionis eius. Nemo dicat in
corde ſuo.

**Augꝰ** Verũ eſt qđ pmit
tit. falſũ eſt qđ mi
natur. Sicut enim verũ eſt qđ pmit
tit: ſic verum eſt qđ minat̃. Tam cer
tus debes eſſe de requie: de felicita
te: de eternitate: de imortalitate ſi fe
ceris p̃cepta illiꝰ: q̃ꝫ certꝰ debes eſſe
de interitu: ꝺ ardore ignis eterni: de
dãnatõe ſi ꝯtẽpſeris p̃cepta eiꝰ.

**Collect.** Igit̃ tantorũ cõmina
tiones tormentorum
formidãtes. exhibeamꝰ nos ſicut dei
miniſtros in opibꝰ virtutũ ſãctos
ꝛ imaculatos: vt mereamur itroi
re p fidẽ caritate formatã in illam
beatorũ requiẽ quã ſpamꝰ accipere
p dñm noſtrũ: cui cum pr̃e ꝛ ſpiri
tuſancto eſt honor ꝛ gloria in ſecu
la ſeculorum. Amen.

## Pſal. xcv.

Cantate do
Titulus. Pſalmus
dauid qñ domꝰ edi
ficabatur poſt captiuitatẽ.

**Nico.** Iudei iſtũ locũ ſic intelli
gunt vt pſalmꝰ iſte ſit
quedã diuinarũ grãrũ actio ꝺ reedi
ficatõe tẽpli hieruſalem a Salomo
ne rege primo fũdati: quod ſtetit
quadringẽtis decem annis.

**Cas.** Et deinde a caldeis vſqꝫ ad
ſupficiẽ terre deſtructi. ac
poſt captiuitatẽ babilonicam a zo
robabel filio ſalathiel reparati: vt
habetur Eſdre p̃mo.

**Nico.** Sꝫ hoc videlꝫ ꝙ iſte pſ.
ſit diuina laudatio ꝺ re
edificatõe illius templi materialis

**Iero.** impugñt p hoc ꝙ dicit in
p̃ncipio huiꝰ pſal. Can
tate dño canticũ nouũ: qđ nõ legi
tur tũc factũ: ſꝫ magis cantauerũt
cãticũ ãtiquũ. vt habet̃ .i. Eſdre. iij

**Iero.** Videtis ergo qm̃ ſm lram
iterficientẽ perimtꝰ hoc ſta
re nõ põt. g̃ miſtice iterp̃tandum ẽ.

**Nico** Domꝰ ei iſta .i. vniũſal
eccleſia a p̃nº p̃dicatõis
euãgelice icepit p xpm edificari ex
eius fidelibꝰ: qui ſunt lapides viui
ĩ edificio celeſtis hierl̃m collocãdi

**Cas.** Nec edificari deſinit donec
vſqꝫ ad finem ſeculi p̃deſti
natorũ numerus impleat̃. Supiore
enim pſal. ꝓximo cõmonuit ꝓpheta
iudeos vt depoſita duricia cordis ad
credulitatẽ dñi xpi venirẽt Sꝫ ꝙ in
illis pmãſura eãt obſtĩata mali
gnitas: cõuenientẽr nũc ãmonet gẽ
tes vt canticũ nouũ debeãt ei dicere
ꝯuerſi poſt captiuitatẽ peccati per
pñiam ad ipſum. Vñ dicit.

Cantate dño .i. Ieſu xpõ .i. canti
cum nouum.

**Hugo** ꝙ chriſtꝰ
dñs nouũ
fecit ſup terrã: natꝰ de Maria virgi
ne. Vñ dicit̃ Nouꝰ rex: noua lex: no
uum gaudium.

**Caſſi.** Cantat domi
no canticum
nouũ: qui vetere hoĩe depoſito per
grãm baptiſmatis aut p pñiam:
feliciter innouat̃. Licet vetus: tñ
ſi egeris penitentiam: noua domꝰ

christi diceris. Nota domꝰ nouuz
canticuz meretur i nouitate vite.
Augꝰ Audi canticuz nouum
Mandatũ nouũ do vo
bis: vt diligatis inuicẽ. Vetus can
ticũ cantat cupiditas carnis. nouũ
cantat caritas dei. Sequit. ⌊canta
te domino omnis terra⌋.
Nico. ⌊omnes habitantes in
terra quibꝰ aduētꝰ xpi
fuit causa leticie⌋. Cantate dño⌋
hoc iam tercio repetitur.
Cal. quia laus xpi totius ho
noꝛ est trinitatis. ⌊et bene
dici Nico gr̄as agẽdo de tanto
te⌋. beñficio. ⌊nomi eiꝰ⌋
qd est saluatoꝛ. ⌊annũciate de die i
diem⌋ .i. ɔtinuate huiusmodi gra
tiarũ actionem laudãdo ⌊salutare
eiꝰ⌋ .i. xp̄m dñm in veteri testamẽ
to pmissuz in nouo datũ. Conseq̄n
ter vbi sit annũciandũ ostẽdit: di
cens. ⌊Annũciate inter gẽtes glo
riam eius⌋ .i. gloriaz sue resurrecti
onis ascensionis: ac alia ad fidẽ pti
nentia. Et ne aliquos putares ex
cipi: addit. ⌊in omnibꝰ populis mi
rabilia eiꝰ⌋ .i. miraculosa xpi facta
q̄ annũciauerũt apl'i et alij discipu
li xpi: non solũ verbo: sꝫ etiam facto
facientes miracula in noie et virtu
te dei. Nec mirũ. ⌊Quoniã magnꝰ
dñs⌋ quasi dicat. Non est mirũ q̄
mirabilia fiant in virtute eiꝰ. ⌊et
laudabilis nimis⌋ q̄ trãscendit li
mites cuiuscunq̄ create virtutis.
ppter qd dicit Ecci. xliiij. Magnifi
cate eũ q̄ntuz potestis. maioꝛ enim
est omni laude ⌊et terribilis super
omnes deos⌋ q̄ terribilis est demo

nibus qui p dijs colebant in ydol
a gentibus. Ideo subdit. ⌊Quoni
am omnes dij gentiũ demonia: do
minꝰ autẽ celos fecit⌋ et non dij gẽ
tium. Deinde inducit fideles ad ob
sequiũ christi: ad qd requirit inte
rioꝛ et exterioꝛ mũdicia. q̄ ipse est
sãctus sanctoꝝ: sicut di Daniel. ix.
Vnde dicit. ⌊Confessio⌋ qua tol
luntur imundicie: et ɔseruant mũ
dicie interiores ⌊et pulchritudo⌋ .i.
mundicie exteriores apposite ⌊in cõ
spectu eius⌋ .i. in cultu ipsius. Hoc
ad lrãz di: ad excludendũ imundi
cias q̄ fiebant in cultu gentiliũ: sic
in sacris priapi vbi viri et mulie
res incedebãt nudi. et fiebant ibi
alie vilitates q̄s nõ facerent modo
meretrices. Simil'r in cultu veteris
legis vbi erant imũdicie corpora
les in effusione sãguinis animali
um imaculatoꝝ: q̄ nõ sunt in cultu
noue legis: vbi offert corpus et sã
guis xp̄i sub specie panis et vini.
⌊sanctimonia⌋ .i. applicatio ad di
uina ⌊et magnificẽtia in sãctificatio
ne eius⌋ .i. in cultu noue legis qui
sãctificatio di: eo q̄ sãctificat culto
res qd non faciebat cultꝰ veteris
legis. Propter qd dicit Apoꝰ. ad
Heb. x. Impossibile ẽ sanguie tau
roꝝ et hircoꝝ auferri peccata. Et po
stea subdit. Sãctificati sumꝰ p ob
lationẽ corpis Iesu xp̄i. In hac igi
tur sãctificatõe et magnificẽtia q̄a
in eukaristia totus xp̄us continet
quo non potest aliquid maius co
gitari ratione sue diuinitatis. Ido
subditur. ⌊Afferte domino⌋ .i. vos
⌊patrie gentiũ⌋ .i. familie gentiuz

ad fidem chriſti cõuerſatuz. Laffer
te dño gloriã ꝛ honorez ]. Scd̾m cõ
mentatorez p̃mo ethicoꝝ: honoꝛ ē
reuerentia exhibita alicui in teſti
moniũ ſue bonitatis: etiã ſiue fiat
in ſecreto: ſiue coraz paucis. Sꝫ tũc
eſt gloria qñ exhibetꝛ ei palaz ꝛ co
ram multis. Per hoc ergo inducī
mur ad exhibendũ xp̄o dño Jeſu
reuerentiã in publico ꝛ in ſecreto.

**Caſſio** Gloria eſt dñi cuz ſe
aliquis laudabili cõ
uerſatõe tractauerit. Glorificatur
enĩz dñs in talib⁹ qñ fideliũ cõuer
ſatione fuerit laudatus. Honoꝛ ē
eſt autẽ dñi qñ in donis ſuis ei gra
tias referim⁹. Et ſi quid boni ſuſce
pim⁹: ab ipſo ꝓfitemur eſſe colla
tum. Sequitꝛ. Lafferte dño gloriaz
nomi eius ]. Sicut ſup̃ dixit trina
repetitõne Cantate dño: ita hic ter
cio ponit Afferte. vt ſacramẽta ſã
cte trinitatis i dogmate xp̄iano ieſ
ſe ſemp agnoſceres. Afferũt itaqꝫ
gloriã nomi eiꝰ qui deuotiõis ſtu
dio cõmutantꝛ in melius: ꝛ conſub
ſtantialez ſibi trinitatẽ atqꝫ oĩpotẽ
tem p oĩa cõfitentꝛ in pſonis: non
nature diuerſitate diſcretã. Seqꝛ.

**Nico** Tollite hoſtias ] id ē
laudib⁹ diuinis extolli
te corpus et ſanguinẽ xp̄i ſub ſpe
ciebus panis ꝛ vini: q̄ dicitur ho
ſtie in plurali. qꝛ licet ſint vnũ ſa
cramentuz pfectũ: tñ ſunt due ↄſe
crationes diſtincte quaruz vna al
teram nõ expectat. La itroite i atria
ei⁹ ] v. i loca cultu xp̄i dedita. Et qꝛ
tñ in oibus eſt vnica eccleſia. Ideo
ſubditur. Ladorate dñm in atrio ſã

cto ei⁹ ] v. in fide eccleſie catholice.

**Caſſio** Tũc reuera dñs ado
ratur a quolibet fide
li penitẽte: qñ in corde cõtrito cũ ho
ſtijs lacrimaꝝ miſericordia dñi po
ſtulatur: p quas ſupplicatio cõfitẽ
tis mereatur ad aures creatoris p
ueni re.

**Nico** Commoueatꝛ a
facie ei⁹ vniuerſa
terra ] v. omnes habitatores terre
cõmoueãtur coraz xp̄o motu timo
ris ꝛ reuerentie. Cuiꝰ cauſa ſubdit
cum dicitur. Ldicite in gẽtibus qꝛ
dñs ] Jeſus xp̄us Lregnauit ] v. re
gnũ ꝛ dñationẽ ſup omnẽ terram
vel creaturã accepit i ſua reſurrecti
one ꝛ aſcenſione: ſcd̾m qꝛ dī Math.
vlt. Data eſt mihi oĩs ptãs i celo
et in terra. Et Marc. vlt. Dñs qui
dem Jeſus poſtq̃ locut⁹ eſt eis: aſ
ſumptus eſt i celũ ꝛ ſedet ad dexte
ram dei. Et qꝛ chriſt⁹ meruit exal
tationem regni ſui p paſſionẽ ſuã
in cruce: ſcd̾m qꝛ dī ad Phil. ij. Pro
pter qd̾ exaltauit illũ ꝛc. Ideo ali
quis tranſlatoꝛ hic addit. La ligͦ ]
ſ. crucis. Et ſcd̾m hoc dī in p̃no eccle
ſiaſtico. Impleta ſunt q̄ cecinit da
uid fidelis carmie dicẽdo natõib⁹.
regnauit a ligno deus. LEtenĩz
correxit orbẽ terre ] ab errore ydo
latrie: que a tempe predicationis
chriſti cepit ceſſare ſcd̾m qꝛ predictũ
fuit Zach. xiij. In illa die pdã om
nia nomina ydolorum de terra. Lq̄
non cõmouebitur ] a veritate fidei
chriſtiane que ſtabit vſqꝫ ad finẽ
mundi q̄ntũcũqꝫ tribulatõibus
impellatꝛ. Liudicabit v. fide
xp̄ianos in equitate ].

**Cal.** les q̄

iudicādi ſunt ſub trāquillitate mi
ſericordie diuine: quādo eis p̄mia
pmiſſa reſtituet. Vnde ⌊Letent
celi⌋ et apoſtoli et apoſtolici viri.
⌊Et exultet terra⌋ videlʒ popul⁹ ter
renus: qui ſe a peccatis ꝓprijs intel
ligit abſolutū ⌊commoueatur mare
et plenitudo eius⌋. Mare hic ꝓ po
pulis ponit qui in hoc mūdo diuer
ſis tempeſtatibus agitant̄. Iſti mo
uentur ad gaudiū quā conuerſiōis
dona ſuſceperūt. Per hoc ꝙ dicit: ple
nitudo ei⁹: intelligit̄ vniuerſitas gē
tium quam in melius optat cōmu
tari. ⌊gaudebunt campi⌋.

**Caſ.** Campos dicit viros ſan
ctos nō ſupbia tumidos
non aſperos iracūdia: ſed manſue
tos et lenitate planos ⌊et omnia q̄
in eis ſunt⌋ id eſt inter eos.

**Iero** vtpote ſūt virgines que
diuerſis virtutū ſuauita
tibus pollent. ⌊Tunc exultabūt
omnia ligna ſiluarū⌋ infructuoſe
ſʒ poſt conuerſionem non erunt ſi
cut ligna ſilua
rum.

**Caſ.** et multe gē
tes ex omni
bus que ante cōuerſionē erant ſi
cut ligna ſiluarū infructuoſe: ſed
poſt cōuerſionem ſunt ad culturā
fructiferam perducte.

**Hugo** ⌊A facie domini⌋ ven
turi ad iudiciū. Ipſe
enim faciē habet: quia homo eſt.
Vnde primo dicit ⌊quia venit⌋ vi
delicet primo in carne: et faciē oſtē
det in iudicio. ⌊quoniā venit⌋ et ci
to veniet ⌊iudicare terrā⌋ .ſ. viuos
et mortuos. vt bonis p̄mia: mal̄ ve
ro ſupplicia eterna reſtituat. Cum
autē venerit nō impediet̄ executio
iudicij eius. ⌊Quia iudicabit or
bem terre⌋ et totū mundū ⌊in equi
tate⌋ ſine perſonarū acceptiōe ⌊et
populos⌋ tam bonos ꝙ̄ malos ⌊in
veritate ſua⌋ vt peccatores ſubdat
penis: iuſtos p̄mijs remunēt eter
nis: ſicut ipſe prius promiſit.

**Collect.** Penſemus cariſſimi
tanti iudicis aduen
tum: et q̄ntus in illo die terror erit
cum vnuſquiſq; cogetur de ꝓprijs acti
bus reddere rationem: accepturus
in merito ꝓut vixit i ſeculo: ſiue bo
num ſiue malum. Heu q̄ntus i illo
die terror erit cum quis reatu ſuo
exigente iratū videbit iudicis aſpe
ctum: nec remedium eſſe a tormen
tis. Quātus pudor erubeſcere in cō
ſpectu omniū angeloꝝ et hominū.
vbi cuncta cōſcientie noſtre nunc
abſcōdita tunc vniuerſis erūt ma
nifeſta. Heu dies ire: tribulatōis
et anguſtie: dies calamitatis et mi
ſerie. dies vtiq; amaritudinis: cui⁹
horrorem nullus ꝑfecto valet ad
plenum explicare. Illum tota intē
tōne cogitemus: vitā corrigam⁹:
deſpiciamus mundum et concupi
ſcentiam eius: toleremus paciēter
aduerſa: faciem domini in confeſſi
one preueniamus. Exhibeam⁹ nos
in vigilijs: ieiunijs: elemoſinis: ac
operibus bonis plus ſolito deuoti
ores. Studeamus ſūmopere placa
re noſtrū iudicem dum adhuc no
bis ſupeſt tempus penitentie: qua
tinus cum ipſe nos dignabit̄ ab
hac vita vocare ipſum placatum
ac benignum ſaluatorem in ſuo di

ſtricto examine inueniamus in de
xtera eius cum electis collocandi
ipſo preſtante cui eſt honor et glo
ria in ſecula ſeculorum. Amen.

# Pſalm⁹ .xcvi.

**D**Ominus re
gnauit exul
tet terra: letentur inſu
le multe. Titulus. Pſalm⁹ dauid
quando terra reſtituta eſt ei.

**Nicolaus.** Dicunt docto
res aliqui q
pſalm⁹ iſte eſt gratiarum actio ipſi⁹
dauid: qñ debellatis philiſteis q̃
regnum eius inuaſerãt: et alijs gẽ
tibus in circuitu qui regnum ſuum
moleſtabãt: terra ſua fuit ei reſti
tuta in pace et quiete. Sz huic dicto
non videtur cõcordare lrã pſalmi
cum dr̃. Nubes et caligo in circuitu
ei⁹: et poſtea ſubdit. Ignis añ ipm
p̃cedet. quia in bellis ipſius dauid cõ
tra aduerſarios non legũtur ap
paruiſſe talia ſigna. Sed ſciendum
q duplex eſt aduent⁹ dñi. ſ. in mũ
dum qui p̃teriit. et ad iudiciũ q̃ ven
turus eſt. Pſalm⁹ aũt iſte loquit
ad lrãm de aduẽtu dñi ad iudiciũ.
Vnde Apo⁹. ad Heb. i. allegat ſcri
pturam hui⁹ pſal. dictã ad lrãm de
xp̃o: dicens. Et cum introducit p̃mo
genitũ ſuum in orbem terre. i. p̃dicit
ad introducendũ ad iudiciũ Tunc
enim apparebit in ptãte cõſtitutus
tanq̃ p̃mogenit⁹ In p̃mo aũt ap
paruit humil et abiect⁹. Addidit
q Apo⁹. ibidẽ. Et adorent eũ om̃es
angeli ei⁹. In quo non eſt diuerſi
tas ſenſus. Nam apl̃i allegantes
ſcripturam veteris teſtamẽti non
ſemp acceperũt eam de verbo ad ver
bum: ſz ſufficit aliqñ accip̃e ſenſum.
Dicendũ eſt ergo q ſicut p̃cedens
pſal. fecit mentionem de p̃mo aduẽ
tu xp̃i in mũdũ. Sic iſte ps̃. loquit
de ſecũdo aduẽtu eius ad iudicium.

**Hugo** Vnde ſenſus tituli ta
lis ẽ. Pſalm⁹ iſte at
tribuit dauid. i. ipſi xp̃o: vt ſepe di
ctum eſt. Et agit de hoc q factũ eſt
cũ terra ei⁹ reſtaurata eſt. i. cum cor
pus eius reſurrexit.

**Caſſio.** quia qđ mortuum eſt cõ
muni lege: reſtaura
tum eſt in glorie munẽ ſingulari.

**Nico.** Vñ pp̃heta p̃mo deſcri
bit xp̃i generale dñium
qđ accepit in ſua reſurrectõe et aſcẽ
ſione ſup oĩa creata. ppter qđ dixit
Mat. vlt. Data eſt mihi oĩs ptãs
in celo et in terra. Et hoc ẽ qđ dicit.

**D**Ominus regnauit. i. dñs no
ſter Jeſus xp̃us q̃ ſolus cog
ſcitur imperare. exultet terra. i. ha
bitatores terre. quia poſt reſurrectio
nem et aſcẽſionẽ ſuã prebuit alijs
ingreſſum ad gloriã. letent inſule
multe. quia fides catholica p̃dicata
eſt p aplos et alios xp̃i diſciplos
habitantib⁹ in inſul maris occea
ni: vt patz de anglia et hibernia et
pluribus alijs: vt i inſulis maris
mediterranei: videlz ſicilia: cipro:
ac alijs multis. Et quia ad gñale dñi

ūm ſequat̄ iudiciū extremū a quo
non pōt appellari. Jdō poſt diuinum
chriſti cōſeqnter deſcribit̄ ei⁹ iudi
cium generale: ad quod veniet in
magna poteſtate. Vnde ſequitur.
Nubes et caligo ⌋ i. obſcuritas
aeris ⌊ in circuitu ei⁹ ⌋ Chriſt⁹ aſcē
dens in celū habuit nubē in obſe
quiū: ſm q̄ dicitur Act. i. Videntib⁹
illis eleuatus eſt: et nubes ſuſcepit
eū ab oculis eorum. Et ſubditur.
Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vo
bis in celū: ſic veniet. ſ. ad iudiciū.
Et hoc innuit̄ q̄ obſequio nub⁹ vte
tur: ſm q̄ dicitur Luc. xxij. Tūc vi
debunt filiū hōis venientē in nube
cum poteſtāte magna et maieſta
te. Jdō ſubditur. ⌊ iuſticia et iudiciū
correctio ſedis ei⁹ ⌋ i. correctio ordo
procedens a poteſtate ei⁹ iudiciaria
que per ſedē deſignatur: eo q̄ ſen
tencia iudicis ſedendo datur: erit iu
ſticia et iudiciū i. recta et irreuoca
bi **Iero** Nunc videtur iniuſtū
lis. et prauum dei eſſe iu
dicium: eo q̄ iniqui homines ditan
tur et paupes ſancti tribulantur.
Quādo aūt ipſe dn̄s venerit ad iu
dicandum vt reddat vnicuiq̄ ſm
opa ſua: eo tempe quaſi corrigetur
ſedes ei⁹. ⌊ Ignis an̄ ipſū p̄cedet ⌋
**Nico** i. ignis cōflagrationis
qui p̄cedet iudiciū ⌊ et in
flāmabit in circuitu inimicos ei⁹ ⌋
quia data ſententia iudicis repro
bi in illo igne inuoluentur: et ſic i in
ferno retrudētur. ⌊ Alluxerunt ful
gura ei⁹ orbi terre ⌋. q̄ ante iudiciū
fient multe fulgurationes et impſ
ſiones ignee terribiles et tempeſtu

oſe. ſicut in alio pſ̄. dicit. Et i circui
itu ei⁹ tempeſtas valida ⌊ vidit et
cōmota eſt terra ⌋ i. habitantes in
terra: qui tūc videntes talia cōmo
uebunt̄ cōmotiōe timoris. ⌊ Mon
tes ſicut cera fluxerunt a facie do
mini ⌋ ⌊ a facie domini omnis ter
ra ⌋. Loquitur enim de futuro ad
modū preteriti propter certitudi
nem prophetie. quia tunc erūt ter
remotus magni p loca: vt dicitur
Math. xxiiij. Ex quibus ruent mō
tes. ⌊ Annūciauerunt ⌋ id eſt an
nunciabunt ⌊ celi iuſticiam eius ⌋.
quia per ſigna in celo apparentia
manifeſtabitur iudicis aduent⁹
propinquus. ⌊ et viderunt omnes
populi gloriam eius ⌋. quia om̄es
tam electi q̄ reprobi videbūt chri
ſtum hominem venientem in pote
ſtate et gloria: que viſio erit terri
bilis reprobis et delectabil̄ electis
Jdeo ſubditur. ⌊ Confundātur ⌋
id eſt confundentur. ⌊ omnes qui
adorant ſculptilia: et qui glorian
tur in ſimulachris ſuis ⌋ id eſt om
nes ydolatre: qui tunc maxime con
fundentur: quoniam creaturis at
tribuunt cultū ſoli deo debitum. nō
ſolum ab hominibus: ſed etiā ab
angelis. Jdeo ſubditur. ⌊ Adora
te eum omnes angeli eius ⌋ annū
ciatores regni illius. Et ſicut hoc
iudiciū erit terribile reprobis vt
dictum eſt: ita erit gaudioſum et
delectabile electis. Vnde dicit. ⌊
audiuit ⌋ per verbum chriſti et
et apoſtolorū qui prenūciauerūt
iudicium futurū. ⌊ et letata eſt ſy
on ⌋ i. eccleſia quia hec eſt materia

exultationis: ſm q̄ dicitur in fine
dicti euangelij Erunt ſigna. vbi di
citur. His autē fieri incipientibꝰ
reſpicite et leuate ꝛ exhilarate: ca
pita ꝛ corda veſtra: appropinquat
enim redemptio veſtra. ET exul
tauerunt filie iude ꝛ fideles anime
propter iudicia tua dn̄e. Dicit enī
iudicia in plurali. quia non ſolū
iudiciū datum p̄ gloria electorū
dicendo: venite benedicti p̄ris mei:
erit eis cauſa leticie: ſed etiā iudi
cium datum p̄ damnatōne repro
borum: ſm q̄ dicitur in pſal. lviij°.
Letabitur iuſtus cum viderit vindi
ctam. quia tunc omnia perfecte cri
ſto ſubijcient. Ideo ſubdit. QVo
niam tu dominus altiſſimus ſupe
omnem terrā ꝛ ſuper omnes ho
mines qui in terra naſcuntur. Ni
mis exaltatꝰ es ſuper omnes deos
ꝛ angelos ſāctos qui dicuntur dij
participatione. De quibus dicit
Daniel. ij. Exceptis dijs: quorum
cum hominibus non eſt cōuerſa
tio. Vltimo autem in concluſione
pſalmiſta hortatur omēs ad iuſti
ciam: et retrahit ab iniuſticia: di
cens. QVi diligitis dominū q̄
ſolus eſt bonus odite malū cul
pe quod opponitur bonitati diuine
Cauſā ſubdit. Cuſtodit dominꝰ
animas ſanctoꝝ ſuorum a pecca
tis mortalibus qui in temptatiōi
bus recurrunt ad eius auxilium:
ſm q̄ dicitur ad Corinth. x. Fide
lis deus qui non patietur vos tem
ptari ſupra id q̄d poteſtis facere: ſʒ
faciet cum temptatione auxilium
vt poſſitis ſuſtinere. De manu pec

cātoris liberabit eos dominus id eſt
d̄ poteſtate diaboli qui eſt obſtina
tus in peccato: ꝛ ſemper homines
trahere nititur ad peccatū. Et q̄ li
beratio fit per gratiam diuinā Ideo
ſubditur. LVx orta eſt iuſto
ꝛ diuine gratie et rectis corde q̄
ad ſuperna habent cor erectum le
ticia. quia lux gratie eſt quedā
arra glorie. propter quod repetitur
idem cum dicitur. LEtamini iu
ſti in domino que eſt leticia deuo
tionis ꝛ cōfitemini memorie ſan
ctificationis eius gratias agētes
de dono gratie nos ſanctificantis.
Vnde ad Roma. iij°. Omnes enim
peccauerunt et egent gratia dei iu
ſtificati gratis per gratiā ipſius p
redēptionē que eſt in xp̄o Ieſu do
mino noſtro

## Collect.

Licet hic pſalmus
cōmuniter a doctoribus de primo
dn̄i aduentu allegorice exponitur
q̄ expoſitio ſatis patʒ in glō. tn̄ q̄ te
xtꝰ eiuſdē pſ. ſonat maxime ſm
xp̄i aduentū. Idcirco expōne gloſe
de p̄mo xp̄i aduētu p̄termiſſa: hāc
de ſcd̄o eiꝰ aduētu litālē poſui expo
ſitōem. O q̄ metuēda ē illa iudicij
dies: in q̄ diſceptatōe celerrima vni
uerſoꝝ diſcutient actꝰ vſq; ad vbū
etiā ocioſū. Intonat eīn nob̄ ſacra
ſcp̄tura vt ſub oī celeritate puniā
mꝰ in nob̄ pc̄ta ne deꝰ veniēs ad iu
diciū ea inueniat puniēda. Deꝰ eīn
punit aut hō. q̄ nihil remanebit
impunitū. nihil quippe eſt q̄d ita
vitam nr̄ā valeat euertere q̄ pec
catoꝝ correctōēʒ diſſimulare ſpq; differre.

Aug

iſer mōe

de afflictione filiorum iſrahel· Con
ſideret igitur vnuſquiſq; conſcien
tiam ſuam· & ſi ſe videt in cogitati
one: in ſermone: in opere ſemp qđ
bonum eſt diligere et opere exerce
re: miniſtrum dei ſe eſſe cognoſcat
& gaudeat. Qui vero ſeipſum inter
rogans ſe viderit: q̄ mala ſunt nõ
ſolum cogitare: ſꝫ etiã dicere & fa
cere: adiutorem dyaboli ſe eſſe itel
ligat ſimul et doleat. Et dũ adhuc
anima peccatrix & tenebroſa i cor
pore ſuo tenetur incluſa: cũ dei ad
iutorio a poteſtate dyaboli ſe cone
tur auertere: ne forte illum malis
opibus inſiſtentē repentina mors
rapuerit: cum dyabolo cui⁹ volũta
tē exercuit eterno igne mereatur
tradi cruciandus· Et ideo dũ tēpus
eſt in noſtra poteſtate vnuſquiſq;
priuſq̄ de hac luce diſcedat: cũ dei
adiutorio a ſeruitute dyaboli ſe ſb
trahat: vaſq; demonis fuiſſe ſe do
leat·

**Collect.** Atq; dei mãda
tis obediēdo: ſic
vitam ſuam corrigat et emendet
quatinus in illa die tremendi iu
dicij vltionē eterne mortis euadat
atq; p ſanctos angelos ad gaudia
celi peruenire mereatur p̄ſtãte gra
tia et miſericordia dñi noſtri Jeſu
chriſti: cui eſt honor & gloria in ſe
cula ſeculorũ· Amen.

## Pſalm⁹. xcvij.

Cantate do.
cantici nouũ: quia
mir. Titul⁹. Pſ. dđ

**Caſſio.** Hui⁹ tituli verba re
feruntur ad dominum
ſaluatorem· de cuius primo aduen
tu videlꝫ incarnationis gloria: & ſe
cundo aduentu ad iudicium pſal.
iſte dicturus eſt· In p̄mo eius ad
uentu cõmonemur vt miſericordē
dominum querere debeamus in al
tero vt venturum iudicem formide
mus· Eſt enim iſte pſalmus terci
us eorũ qui de vtroq; aduētu agũt
Per totum pſalmũ ꝓpheta loquit̄
In prima enim parte fideles com
monet chriſtianos: vt noue rege
nerationis ſacramenta ſumentes
nouum canticum de domi incarna
tione cõ celebrent: dicens.

**Rico.** Cantate domino [.
Jeſu chriſto [can
ticum nouum] tanq̄ auctori noui
teſtamenti: in cuius ortu angeli cã
tauerunt nouum canticũ: dicentes
Luc. ij°. Gloria in altiſſimis deo. et
in terra pax hominibus beneuolũ
tatis. Cauſam hui⁹ laudationis
ſubdit: dicēs. [qꝛ mirabilia fecit]

**Caſſio.** qñ cecis lumen: clau
dis greſſum: mortuis
vitam donauit· & huiuſmodi fecit
que cõtra vſũ nature hũane facta
euangeliorum textus narrat. Sed
iſta fecerũt etiã ſci ei⁹ & ꝓphete.

**Jeronim⁹** Quid ergo fecit
nouum vt mere
atur cãticũ nouũ. Vultis ſcire qđ
nouũ fecerit de⁹. Quaſi hõ mortu⁹

eſt vt hoīes viuerent: filiꝰ dei cru
cifixus eſt vt nos leuaret
ad celū Vnde ſubdit. **Nic.**
⌊ſaluauit⌋ videlicet genus huma
num qđ perierat ⌊ſibi⌋ hoc eſt ad
honorem dei patris ⌊dextera eius ⁊
brachiū ſanctū eius⌋. ac ſi dicat.
Chriſtꝰ q̄ eſt dextera dei pr̄is. qꝛ p
ipſum tanq̄ p dexterā ⁊ brachiū
eius fortia opatur: ſaluauit ſibi ⁊
deo pr̄i genꝰ hūanū: ſicut Math.
xviij dr̄. Venit filius hoīs ſalua
re qđ perierat. N Otū fecit dñs⌋
⁊ deus pater ⌊ſalutare ſuū⌋ ⁊ filiū
ſuum pro ſalute mundi hūanatū
et ſic viſibilem factum.

**Nico.** ⌊in conſpectu gentiū re
uelauit iuſticiā ſuam⌋
⁊ fidē catholicā iuſtificantē: q̄ pe
p̄dicatōes apl'oꝝ et alioꝝ diſcipu
loꝝ xp̄i publicata eſt in gētibus p
orbē terraꝝ diſpſis. R Ecordatus
ē miſericordie ſue ⁊ veritatis ſue⌋
⁊ pmiſſionis ſue de mittendo filiū
ſuū facte ⌊domui iſrl'⌋ ⁊ patribus.
Nam Geñ. xxij. pmiſſū eſt Abra
he. Benedicent in ſemīe tuo oēs
gentes. Que pmiſſio miſericordie
⁊ veraciter impleta eſt in xp̄o nato
de pgenie Abrahe p Jacob: q̄ alio
modo dictꝰ eſt iſrl': vt habet Geñ.
xxxij. Et effectꝰ huiꝰ pmiſſiōis eſt
extēſus ad omnes gētes Jdō ſubdi
tur. ⌊viderūt omnes termini terre⌋
⁊ cognouerūt p fidem ⁊ miracula
corā ipiſ facta ⌊ſalutarē dei noſtri⌋
⁊ dñm noſtrū Jeſū xp̄m p quem
eſt ſalus: ſm qꝛ dr̄ Act. iiij. Et non
eſt in aliquo alio ſalus. ⌊I Vbi
late deo omnis terra⌋. qꝛ de oībus

terre ptibus aliq̄ ſunt vocati. ⌊cāta
te⌋ ⁊ laudate deū i cordibꝰ veſtris
interius. ⌊⁊ exultate⌋ recitando ore
pſalmos a pphetis ad laudē dei fa
ctos ⌊⁊ pſallite⌋ bñ operando. Et qꝛ
iſte pſalmꝰ tpe veteris teſtamēti
factꝰ cantabat a leuitis. nō ſolū vo
cibus hūanis: ſꝫ etiam muſicis in
ſtrumentis Jdeo ſubdit. ⌊pſallite
deo in cythara: et cythara ⁊ voce
pſalmi: i tub' ductilibꝰ⌋ ⁊ cū mar
tello factis. ⌊⁊ voce tube cornee⌋.
qꝛ aliqñ vtebant inſtrumentis de
cornibꝰ animaliū factis: maxime
in feſto tubarū: qđ celebrabatur
in pncipio ſeptimi mēſis. Hoc ad
lrām faciebāt iudei: vt habet Nui
x. Sed nos q̄ nouū canticū gratie
offerimꝰ: ſpūalr hanc lrām intelli
gere debe **Hugo** P Sallite
mus. dño i cytha
ra⌋ ⁊ opami amore dm̄ opa peni
tentie mortificatōe vite carnalis q̄
p cytharā intelligūtur. Vñ Job
xxx. Verſa eſt i luctū cythara mea
Et etiā ⌊pſallite⌋ ⁊ opamini ⌊in cy
thara⌋ ⁊ in cōpaſſione pximi: ope
ra miſericordie faciēdo. ⌊voce pſal
mi⌋ vt hilaritas ſit in ope.

**Auguſti.** ⌊pſallite⌋ etiā ⌊in
tubis ductilibꝰ⌋.
Tube ductiles dicuntur: quia cum
martello tundendo pducunt. Tri
bulatio eſt tunſio: ⁊ profectꝰ pro
ductio eſt. ⌊Pſallite⌋ ergo ⌊in tub'
ductilibus⌋ id eſt laudate deū in
tribulationibus et aduerſis. Ex
emplū hēmꝰ de Job: qui repēte per
cuſſus tantis damnis tunſione tā
te tribulationis factus tuba ducti

liſ ſonuit: dicens. Dominus dedit:
dñs abſtulit: ſicut dño placuit ita
factū eſt. ſit nomen dñi bñdictuȝ.
Sequit᷑. ⌊a voce tube cornee⌋. Cor
nu excedit carnē: vt carnē ſupādo
ſit firmū. ⁊ capax vocis tube cornee
trāſcēdat carnales mot⁹: vincat li
bidines: ⁊ q̄rat iuxta ɔſiliū apoſto
li ea q̄ ſurſuȝ ſunt: nō q̄ ſup terraȝ.

**Nico.** Deiñ oñdit vbi ſit pſal
lendū vel iubilandum
dicēs ⌊Iubilate i ɔſpectu regis⌋
videl; Ieſu xp̄i: qui eſt rex regū et
dñs dñantiū Apoc. xix. ⌊moueat᷑
mare⌋ i. mundus p̄dicatōe aploꝝ
ad p̄niam ⌊⁊ plenitudo ei⁹ i. habi
tantes in inſul᷑ maris quoꝝ mul
ti ɔuerſi ſunt ad fidē: vt dictū eſt in
pſal. xc°. ⌊orbis terraꝝ ⁊ vniuerſi
q̄ habitant in eo⌋ quia de omnib⁹
finib⁹ t᷑re aliq̄ ſunt ɔuerſi ad fidē.

**Hugo** Flumina⌋ i. ſācti vi
ri pleni aquis grāꝝ.
⌊plaudēt⌋ i. gaudebūt. ⌊manu⌋ i.
in exercitio bonoꝝ opm. ⁊ ⌊ſimul⌋
hoc eſt in vnitate fidei ⁊ dilcōnis.
⌊montes⌋ id eſt maiores.

**Caſſio** ⌊exultabūt a cōſpcū
dñi⌋ i. dño veniente
ad iudiciū gaudebunt. qm̄ in futu
ro iudicio p̄miſſionis ipſius dona
recipi. **Hugo** ⌊qm̄ venit iudi
ent. care t᷑raȝ⌋ i. pec
catores t᷑renos. venit vt diſcernat
⁊ ſepet paleas a frumēto. ⌊Iu
dicabit orbē terraꝝ in iuſticia⌋ ma
los puniēdo ⌊⁊ p̄plos in equitate⌋
reddēdo ſingul᷑ ſcd̄m merita ſua.

**Aug⁹** Ecce nondū venit fr̄es
t̄pus iudicij. Iudex in
celo eſt. tu in terra. Ille differt ad
ventū. tu noli deſtruere ɔſiliū meli
oris vite. Aduēt⁹ eius dur⁹ erit du
ris: ⁊ benign⁹ erit pijs. Vide ergo
modo tu q̄d ſis. Si durus es: licet ti
bi miteſcere. ſi mitis es: iam gaude
venturum.

**Collect.** In p̄tāte tua ē
quō expectes iu
dicē: hoc tñ nunq̄ cadat a tua me
moria. q̄ ſcd̄m op̄a tua bona aut ma
la recipies crudeleȝ vel benignū iu
dicē tuum dñm noſtrū Ieſum xp̄m
cui eſt honor et gloria in ſecula ſe
culorum. Amen.

# Pſalm⁹. xcviij.

**D**ominus re

**Nico.** Titulus. pſ. dauid

**Caſſio.** Per dauid pſonā lo
quētis aduertimus
⁊ xp̄m manu fortem deſiderabileȝ
q̄ ſenti
mus. **Nico.** De cui⁹ reg̃ da
uid p̄pħa miſti
ce loquit᷑ in hoc pſalmo q̄d ip̄e cri
ſt⁹ accepit in ſua reſurrectōne de q̄
dicit Math. vlt. Data eſt mihi oīs
p̄tās in celo ⁊ in terra. Cui⁹ regnū
p̄ncipes iudeoꝝ irati de fama nomi
nis eius conati ſunt deſtruere.

**Hugo** Intētio ɔplete eſt inui
tare vniuerſos popu
los ad laudē ⁊ honorem chriſti: vt
eum tanq̄m deum ac regem adora
rent ⁊ confiteantur.

**Nicolaus** Dauid eñi iſpi
ritu preuidens
per regnum ſuum figurati regnuȝ
chriſti; introducit ipſum regnan

tem: dicens.

DOminus ⌋ .s. Jesus xp̄us. ⌊re
gnauit ⌋ resurgēs a mortuis: ꝛ ad
dexterā p̄ris exaltatus ⌊irascantur
populi ⌋ .i. irascent̄ populi iudeoꝝ
de regno eius. Et ponit̄ hic optati
uus p̄ indicatiuo. ⌊qui sedes super
cherubim ⌋ .i. sup ordines angeloꝝ
nō solū m̄q̄ntū deus: ſ etiā m̄q̄ tuꝫ
homo ⌊moueat̄ terra ⌋ .i. habitan
tes in ea ad credendū atq; seruiēduꝫ
tibi. qui merito terra nūcupantur
q̄ terrena vitia ꝯcupiscunt. DO
min9 in ſyon magnus ⌋.

**Cas.** Syon ſpeculatio īterp̄ta
tur qd ē ecclesia militās
vel triūphans ⌊ꝛ excelsus sup om
nes popu
los ⌋.

**Jero.** q̄ ascendēs ad
celos excelsus ē
pre omnibus fact9. Vñ nos actusq;
nostros p̄ singulos dies ſpeculat̄.

**Hugo.** Deinꝫ inducit populos
ad xp̄i laudē: dicens.

COnfiteant̄ ⌋ ꝯfessiōe laudis ⌊noī
tuo magno ⌋ q̄n iudei irascebantur
xp̄o: tūc erat nomē ei9 paruū. q̄ fa
ma nomis ei9 soluꝫ erāt in iudea.
Post ei9 ascensioneꝫ p̄dicatuꝫ est
nomē ei9 .i. fama ei9 gentibus. ꝛ fa
ctuꝫ est magnū .i. dilatatum.

**Aug9.** Jam ḡ ppl'i confiteātur
noī tuo magno q̄ ante
paruo noī tuo irascebant̄. Quare
confitean
tur.

**Cas.** QVoniā terri
bile ⌋ q̄ ipse ventu
rus est iudicare viuos ꝛ mortuos.

**Nico.** ⌊ꝛ scm̄ ē ⌋ .i. sūme bonuꝫ
formal'r ꝛ effectiue. q̄
oīs sc̄tificatio fit in ei9 noīe. Vel
terribile est malis: ꝛ scm̄ bonis.

**Aug9.** q̄ ipse ventur9 ē ꝛ iudi
caturus vt alios p̄oat
ad sinistrā: ꝛ alios ad dexterā. ⌊ꝛ
honor regis iudiciū diligit ⌋ vt vni
cuiq; reddant̄ merita sua quemad
moduꝫ quisq; gessit in corpe: siue
bonum siue malum.

**Jero.** Debet ḡ hō p̄us se dijudi
care ꝛ discernē: ꝛ p̄ p̄priū
iudiciuꝫ condēnare mala sua. et sic
honoret deum regem eternuꝫ.

**Hugo.** q̄m sicut dic̄ Apo9 .i.
ad Corint. xi. Si nos
metipsos dijudicaremus: non vti
q; dijudicā
remur.

**Nico.** Deinꝫ mutās
modū loquē
di de tercia psona in secūdā. qd fit
freq̄nter i sacra scriptura: ꝛ maxie
metrice cōposita. Qualis est liber
psalmo
rum.

**Hugo.** Ostendit nob
viā ad regnuꝫ
dicēs. ⌊TV parasti directiōes ⌋ .i. vi
as rectas per q̄s ad te dirigamur.
Has directiōes ſbiungit: dicēs. ⌊iu
diciū ꝛ iusticiā i iacob ⌋ .i. i ppl'o fide
li q̄ i baptismo supplātāt vitia. Iu
diciuꝫ aūt fecit i ppl'o q̄n donauit ei
discernē int̄ bonū ꝛ malū. Justiciā
v̄o q̄n seq̄t̄ bonū ꝛ declinat a malo.

**Aug.** Primo debes h̄re iudici
um: viꝫ vt iudices: et di
scernas q̄d sit malū: ꝛ q̄d sit bonuꝫ.
Etiā iusticiaꝫ h̄re debes vt declines a
malo ꝛ facias bonū. Et q̄ hoc a no
bis n̄ hēm9. iō ſbdit. ⌊tu fecisti ⌋ De
us ei opat̄ i nob̄ ꝛ velle ꝛ p̄ficere.

**Nico.** Et iō ⌊Exaltate ⌋ .i. lau
dib9 extollite ⌊dn̄m deū
n̄rm ⌋ a q̄ h̄ētis q̄ bn̄ viuitis ⌊ꝛ ado
rate scabellum pedum eius ⌋ .i. hu

maīitatē chriſti que īnq̄ntūm eſt
vnita diuinitati. latria ꝗ cultu quī
ſoli deo debet: eſt adoranda.

**Jeroni** Ideo em̄ corp⁹ dn̄icū
dr̄ ſcabellū q̄ī i eo ma
ieſtas diuinitatis tanq̄ ſup̄ ſcabel
lum ſtetit. ꝛ hoc eſt adorandū.

**Hugo** L q̄m ſc̄m eſt ⅃ in ſe: et
etiā alios ſāctificās
Conſeq̄nter oſ̄dit p̄ figtiones no
minū antiquoꝝ patrum q̄ ſunt di
gni ſeruitio domini: dicens.

**Nico** Moyſes ꝛ Aaron in
ſacerdotib⁹ eius ⅃ i. ſer
uierūt ei officio ſacerdotali. Ad lit
terā em̄ Aaron fuit ſacerdos Mo
yſes vero licet ſacerdos nō fuerit:
tñ officio ſacerdotali vſus eſt in cō
ſecratōe Aaron ꝛ filioꝝ ei⁹: vt pꝫ
Exo. xxviij. L ꝛ Samuel inter eos q̄
inuocāt nomē eius ⅃. Preerat em̄
cuneo ꝓphetaꝝ deū colentiū: vt ha
betur i. Re. xix. Per Moyſen q̄ inter
p̄tatur extractus ab aq̄s ſignāt reli
gioſi qui debent abſtrahi a delicijs
mūdanis. Per Aaron q̄ montan⁹
interp̄tat: platoꝝ ſtat⁹ intelligit.
Per Samuelē q̄ fuit miniſter in
domo dn̄i: itelliguntē ſacerdotes et
clerici. Om̄es iſti laudare debēt no
mē dn̄i p̄ ceteris xp̄ianis. L I Inuo
cabāt dn̄m ⅃ hūiliter ꝛ deuote.

**Hugo** L et ipſe exaudiebat
eos: ꝛ in colūna nub
loq̄batē ad eos ⅃ hīc legit Exo. xxxiij.
de Moyſe. Et hoc ad lrāꝫ. Allegori
ce autē: loq̄bat in colūna nubis ad
eos. i. in figura: q̄ q̄ſi nubes eſt ob
ſcura. Nobis autē aliter locut⁹ eſt
ſicꝫ ait ap̄lus ad Heb. i. Multifarie
multiſq̄ȝ modis olim de⁹ loq̄ns pa
tribus in ꝓphetis. Nouiſſime autē
dieb⁹ iſtis locut⁹ eſt nobis i filio
ſuo. Cauſā quare ſic exaudiebant
ſubiūgit dicēs. Cuſtodiebant
teſtimonia eius ⅃ i. legē ꝛ cerimo
nias eius: q̄ teſtimonia erāt noui
teſtamēti. L ꝛ p̄ceptū ⅃ decalogi L q̄d
dedit illis ⅃ i. decē mādatis. Idcirco

**Glo.** Domine de⁹ noſter tu
exaudiebas eos ⅃ in iu
ſtis petitionib⁹. L de⁹ tu ꝓpiti⁹ fuiſti
eis ⅃ idulgēdo eis pctā ne nocerant
in futu-
ro.

**Nico** L ꝛ vlciſcēs i om
nes adiuentiōes
eoꝝ i. puniens defect⁹ eoꝝ q̄ nō p̄
cedebāt ex inſtinctu ſuo: ſꝫ magis
ex eoꝝ arbitrio. ſicꝫ pꝫ de Moyſe ꝛ
Aaron Nume. xx. vbi dr̄ ad aq̄s cō
tradictōis. Dixitq̄ȝ dn̄s ad Moyſē
ꝛ Aaron. Quia ñ credidiſtis m̄ vt
ſanctificaretis me coraꝫ filijs iſrl̄.
non itroducetis hos ꝓplos in terrā
quā dedi p̄rib⁹ eoꝝ. q̄ī in penā hu
ius fuerunt morte preuenti.

**Cal.** Cognoſcam⁹ itaq̄ȝ antiq̄s
p̄ies interdū exauditos:
ꝛ iterum adinuētiones eoꝝ vindi
catas: ne hūana illis elatio ſurripe
re potuiſſet. Nam q̄uis aliqui fide
les ſint magna deuotione venerā
di: oportet tamē in eis pro tempo
re vindicari: ne cor eorum ad ſuper
biam videatur poſſe deduci: ſicut
dicit apoſtolus. Et ne magnitudo
reuelationuꝫ extollat me: dat⁹ eſt
mihi ſtimulus carnis mee ange
lus ſathāe: qui me colophizet ꝛc.

**Auguſtinus.** Illi em̄
deus iraſ

citur quem peccantē nō flagellat.
Nam cui vere ꝓpitius eſt: donat nō
ſolū peccata ne noceāt ad futuꝝ ſe
culū: ſꝫ etiā caſtigat ne ſemꝑ pecca
re delectent. Ergo fratres q̃cunq; in
xp̄o ꝓficim⁹ ne nos putem⁹ ſine fla
gello ad ip̄m futuros ire. qꝛ et ſi iā
hoīes quid in nobis rep̄hendāt nō
inueniant: rep̄hendit ille adhuc q̃
oīa nouit. quia ꝓpitius eſt nobis.

**Nico** Et ideo [Exaltate] ꝟ laudib⁹ extollite [dn̄m
deū veſtꝝ in monte ſācto eius.

**Hugo** ꝟ in ſācta eccleſia q̄ ē fundata in mōtibus
ſāctis ꝟ in doctrina aploꝝ. [qm̄ ſā
ctus dn̄s deus noſter: qui nos ſan
ctificat: regit: ac defendit.

**Caſſi.** Conſideremuſ cariſſimi faciē huiꝰ pſalmi quaſi
duob⁹ lumib⁹ ſplendere pulchris
incredulos terret vt ad ſupplicatio
nem deuotiſſimā ꝓducant: fidelib⁹
dn̄ꝫ xp̄m adorare p̄cipit. qꝛ ꝛ ipſe
nouit exaudire quos diligit. Bea
ta gēs que talem hꝫ dn̄m. Vitale
quippe deſideriūꝫ eſt cognoſcere et
amare creatorē. Fidelis autē ſerui
eſt diligere dn̄m: multo fortius re
demptorē ſuū. Quē ſi cara mente ꝛ
ex deſiderio nō appetis: nullatenuſ
hūc diligē arbitreris. Diligamuſ
igiť vt amemur: q̃ram⁹ vt iueniā
mur: pulſem⁹ vt ad dn̄m accedere
valeam⁹. Ipſe ſit noſtꝝ gaudiū
noſtrū deſideriū: qm̄ ipſū cognoſci
mus eterna nobis bn̄ficia poſſe p̄
ſtare: qui eſt benedict⁹ in ſecula ſe
culorum. Amen.

# Pſalm⁹ .xcix.

## Jubilate deo om̄is

Titul⁹. Pſalm⁹ in confeſſione.

**Caſſi.** Duplex eſt ꝯfeſſio. Vna ē q̄n pctā nrā deploran
tes: culpabiles ac reos nos eſſe ꝓfi
temur: ꝛ miſericordiā dn̄i cōceden
dam nobis pijs fletib⁹ exoram⁹.
Altera eſt grāꝝ actio: quā dn̄o ꝓ
ſuis bn̄ficijs nos deuotis mentib⁹
offerim⁹. Reuera totus hic pſal.
ad vtraſq; ptinet ꝯfeſſiones. Pro
phēta igiť ſollicit⁹ de ꝓplo fideli ne
ſe putaret ſb̄ anxietate triſticie cri
ſto domino ſeruituꝝ: primo a iu
bilatione incipit: dicens. [

**Hugo.**

Jubilate deo] cū inenarrabi
li cordis gaudio: ip̄m laudan
do ꝓ bonis q̄ nob: ꝛ ꝓ regno eterno
qd̄ nob̄ parauit. [oīs terra] ꝟ habi
tatores oīs terre. qꝛ oīb⁹ paratū eſt
regnū: niſi ꝑ ſuaꝫ ſtulticiā ſe exclu
dāt. [ſeruite dn̄o i leticia] qꝛ nō pla
cent domino ſeruicia coacta.

**Caſſi** Licet enī ſeruicia dn̄i diuiſis videanť officijſ expe
dire: vt ſint ordines ecclīaſtici mōa
ſteria fideliū: heremite: ſolitarij: la
ici deuoti. oīa tn̄ ad iſta tria verba
referunť: vt dn̄o ſub leticia ſeruiať.
nō in murmuratōe aut amaritudi
ne mētis: ſic factū eſt in deſerto q̄n
cōtra deū iudaic⁹ ppl's murmura
uit. ſꝫ iſta leticia vtiq; caritas eſt:
q̄ ſic apl's dicit nō inflatꝛ: nō agit
pperā ꝟ puerſe: nō eſt ābicioſa ꝛc.

que hanc virtutem egregiã mira
bili narracõne deſcribũt. qua pro
pter illi ſᵭ leticia domino ſeruiũt
qui eum ſuper omnia diligunt ⁊ i
uicez ſe fraterna caritate reſpiciũt
O libera ſeruitus O ſeruicium ſu
pra cunctas dominacões eximiũ.
quibus talis leticia tribuitur q̃l
in regnorum gloria non habetur.
Sed iſtam leticiã q̃ in hoc mundo
pcipitur vide quale p̃miũ ſbſeq̃t

**Hugo.** ⌊Introite in cõſpe
ctu eius⌋ .i. i cubicu
lum conſcientie purẽ vbi ſolus deꝰ
te videt. ſicut dicitur .i. regum .xvi.
dominus intuetur cor Et addit ⌊
in exultatione⌋ quia in conſciẽcia
pura eſt exultatio vel de ſpe venie
vel de ſpe future glorie conſequen
de. Vnde apl's dicit Gloria noſtr̃
hec eſt. teſtimonium cõſciẽtie no
ſtre Conſequẽter propheta redar
guit pfidiam iudeorum qui dñm
ſaluatorẽ nõ putãdo deum. manꝰ
in creatorem ſuũ iniicere preſũpſe
rũt. Vnde dicit ⌊ſcitote .i. intelligite
⌊quoniam⌋ iſte ⌊dñs⌋ viz ihs cri
ſtus quem dedi filiũ minime credi
diſtis ⌊ipſe eſt deus⌋ qui fecit celũ
⁊ terram ⌊ipſe fecit nos⌋ ad yma
ginem ⁊ ſimilitudinem ſuam.

**Nico** Sup geneſim dãdo no
bis animaz intellectua
lem in qua conſiſtit ymago dei q̃n
tum ad proprietates naturales. ſ.
memoriã intelligẽtiam ⁊ volũtatẽ.
ſimilitudo aũt dei ineſt anime i bo
nis gratuitis. q̃ eſt quedã pfectio
ymagis. q2 gratia perficit naturaz
Nota. bona gratuita ſunt virtutes

vt pote innocencia humilitas mũ
dicia cordis ⁊c̃ Sicut deus dicitur
bonus ⁊ iuſtus. ſic homo creatus
eſt bonus et iuſtus ad ſimilitudi
nem viz dei

**Caſſ.** Et quia ne puta
ret humanã cre
ationem patruz ſemini eſſe depu
tandam. adiecit ⌊⁊ non ipſi nos⌋
Naz q̃uis natiuitati noſtre miſte
rium prebeat corporalis operacõ.
tamen ille in hũc mundum nos p
batur adducẽ. qui cuncta facit ad
exiſtentiam peruenire. Deinde venit
ad populũ fidelem ⁊ quid ſit. per
comparaciones pulcherrimas oñt.
dicens ⌊nos aũt populꝰ eius⌋ nos
populi chriſtiani qui eius imperio
famulamur ⌊⁊ oues paſcue eius⌋
oues ſunt ſimplices ⁊ deuote pſo
ne. ⁊ ipſe earum paſtor verꝰ ⁊ paſ
cua eius eſt diuinarum ſcp̃turarũ
copioſa ⁊ dulcis epulacõ Ipſe enĩ
ſcripture ſunt paſcue quibus fide
lis anima ſaginatur ⁊ ad ſuturẽ be
atitudinis amena pducit. ſic iſtis
tribus virtutibꝰ cõplexus eſt. q̃d
agere. quid credere. quid intellige
re debeat cri
ſtianus

**Hugo** Conſeq̃n
ter autem
in pfectis chriſtianis cõfeſſionem
induat peccatoruz dicẽs ⌊Introi
te portas eiꝰ in cõfeſſione⌋ ⁊ ſimili
ter ⌊itroite atria eius in ẏmis confi
temini illi⌋ quaſi dicat. bonũ ẽ con
fiteri domino cõfeſſione laudis. ſi
precedere debet cõfeſſio peccatoruz
quia non eſt ſpecioſa laus in ore
peccatorum Eccleſiaſt. xv.

**Caſ.** Poſtq dñi ſũt huius peni
tẽcia. baptiſmũ ſacrũ. ca

ritas ſancta. elemoſine miſericor
des. ceteraqꝫ mādata p q̄ ad eius
poſſimus puenire ꝯſpectum

Gre. Cū pctā nrā p lacrimas cō
fitemur. āguſte vie por
tas ingredimur. Sed cū poſt hec
ad eternam vitam pducimur. por
te noſtre atria in ꝯfeſſionū laudi
ne ītram⁹. qꝛ ibi anguſtia iā non
erit cū iā eterne ſolēpnitatis leticiā
aſſumpſerit. Propter cōfeſſionis
noſtre anguſtiā veritas dicit. In
trate p anguſtā portā. Et cui ps ſe
recipi in altitudinē gaudij eterni p̄
ſumeret dicebat. Statuiſti in loco
ſpacioſo pedes meos.

Hugo Et p⁹ con
feſſionē peccōrum. Laudate nomē eius. i.
xp̄m. a quo et vos chriſtiani noiati
eſtis. Cām h⁹ laudacionis ſubiū
git dicens. qm̄ ſuauis eſt dn̄s. In
quē deſiderant āgeli videre et pſpi
cere ſicut dicitur ꝛ petri. Et ne ſua
uitatem hāc crederes tpalē ā tran
ſitoriā. Ideo ſbdit. In eternū mia ei⁹
Quantum ad ſaluandos. qui inmobi
ter in eternitate pdurāt. quos ꝫ mi
ſericordia dei a pctō liberauerit. Et
ne quiſq̄ de mia hac nimis ꝯfidat
addit et de iuſticia dicens. Et vſqꝫ i
generacōne et generacōnē veritas
eius. Tranſlacio romana habet. Et
vſqꝫ in ſeculū ſcl'i veritas ei⁹.

Hugo Quia ipſos iudicabit im
plēs pmiſſa tā bōis
q̄ malis. Vn̄ ibūt hi in vitā eter
nam: illi vero in ignem eternum

Caſſi. Mirabilit hic ps nos
vtraſqꝫ ꝯfeſſiones edo
cuit. vt et alacres dn̄o iubilemus:
et pctōꝝ noſtrorū vulnera ſine in
termiſſione plangam⁹. In hoc enī
mūdo vtrūqꝫ eſt neceſſariū. vt nec
in triſticia deſpet dei ſuus. nec ite
rū aīmus ei⁹ pſpēris reddat elat⁹
Nā ſicut ſanitas hōis humorū pa
ce cōſiſtit: Ita pfectus eſt xp̄ian⁹
qui fuerit inter pſētiū eorū vicis
ſitudinē immobilit tpatus. Suſci
piam⁹ ergo alacri mente que dcā
ſunt. Qualis enim ſit iſta deplora
cio ex hoc datur intelligi. vt in ea
pcipiatur dn̄s eſſe laudād⁹ merito
qꝛ inde venit nō reatus nō pena. ſꝫ
premia. non deformis ſeruitus. ſꝫ
pulchra libertas

Colle. Qua propt
ab ei⁹ laude
neq̄q̄ ceſſemus a quo creati ſum⁹
et redempti. quatinus in leticia ſē
piterna iubilum exultacionis cū
graciarum actione mereamur in
eternum cōcinere cum omnib⁹ ſā
ctis et electis ſuis. q̄ eſt bn̄dict⁹ i ſe
cula ſeculorum Amē

## Pſalmus. C

Miſericordiā et

Titulus pſal. dd

Hugo In preceden
tib⁹ ps ſe
pe dixerat letādū eē et cātādū et iu
bilādū. Nūc vero in h⁰ pſal. dicit
q̄d cātādū ſit. et cū q̄b⁹ ſocijs. in q̄
etiā docemur bona appetē et mala
rēnuē. que eſt pfcā cōuerſacō vi
te xp̄iane. Et q̄a ois pfectio ē nob
a xp̄o. ideo titul⁹ habꝫ. ipi dd. vnde
ſenſus eſt tal' Pſal. iſte attribui

tur ipſi dauid ꝛ xp̄o cui oē bonū no
ſtꝝ attri **Caſſ.** Et nihil de dd
buēdū ē. **Caſſ.** ε terreno rege ītelli
gas: ſꝫ oīa de xp̄o rege celeſti dicta
cognoſcas. Dicit ergo cōgregacō
ſāctoruꝫ p vniūſuꝫ orbē criſto acq̄
ſita id eſt populus chriſtianus
Miſericordiam ] **Gloſa**
In pn̄ti vita q̄ peccatores ad
penitētiā expectas [ ε iudiciuꝫ ] qd
erit in futuro ſeculo [ cantabo ] ·i· io
cūde annūciabo· ε hoc [ tibi ] ·i· ad
honorem **Nic.** Tēpus mīe mō
tuum **Nic.** eſt: ε tēpus iudi
ciꝫ futurū eſt· Niſi enim deꝰ p̄mo
p miam pceret· non inueniret q̄s
per iudicium coronaret Audi apo
ſtolū quo modo diſtinguit vtrūqꝫ
tēpꝰ· de tpe miſericordie ſic Jgno
ras inquit o hō qm̄ benignitas dei
ad pn̄iaꝫ te adducit· An diuicias
benignitatis ε paciēcie lōganimita
tis eiꝰ cōtemnis. De tempe iudi
ciꝫ ſubdit· Tu aūt inquit ſcd̄m du
riciā cordis tui ε cor īpenitens the
ſaurizas tibi irā ī die ire ε reuelacō
nis iuſti iudiciꝫ dei: q̄ reddet vnicui
qꝫ ſcd̄m opa ſua· Nos ergo frēs
qm̄ habemus tempꝰ mīe: non no
bis blandiamur· Non dicamꝰ ſem
per· parcet deus Jntellige q̄ ideo p
cit vt corrigatis· non vt ī malicia
pſeueres Et propt̄ hec duo.ſ. vt cō
ſequi valeam miam ε effugē iudi
ciū [ ſal **Caſſ.** domino pſal
lam ] **Caſſ.** lit qui bonis fa
ctis ſuis eū placare cōtendit Jpſa
eſt enim ſuauiſſima virtus armo
nie: qm̄ vox cognoſcit opibꝰ cōſo
nare· Nam ſi hee due res diſcrepa
bili ſibi varietate diſſentiāt neq̄q̄
pn̄t pſalmodie tēpataꝫ efficē cā
tilenā· Sed **Hugo** [ ε intelligā
quitur **Hugo** ī via imacu
lata ] quādo venies ad me ] ·i· ima
culatū me cuſtodiā ε ſollicite cōſi
derabo aduentum tuuꝫ· ſiue ad iu
dicium ſiue in morte mea Vn̄ Lu.
xij. Et vos eſtote pati ꝛ ab oī pecca
to mūdati· q̄ qua hora non puta
tis· filiꝰ hominis veniet. Deinde ex
ponit q̄d ſit vita imaculata dicēs
Perambulabā ] vitā huiꝰ mun
di tranſ **Nico.** [ ī innocētia cor
currēdo **Nico.** dis mei ] ſine fi
ctione falſa exteriori· hoc eſt ī puri
tate cōſciētie [ in medio domꝰ mee
] conſciē **collect.** Jlle ī medio
cie mee **collect.** domꝰ cōſciē
tie ſue deābulat· qui ſollicite oēs
cogitacōes cordis ſui pſcrutatur· ε
ſi quid in ea īuenīat qd oculos di
uine maieſtatis offēdat· ſtatī cor
rigit ε emēdat Econtra quiſ q̄s p̄mi
tur mala cōſciā cuiꝰ cor circa terre
nas cōcupiſcētias diſpſum ē· nō
āmbulat ī domo cōſciētie ſue· q̄ ibi
non inuenit niſi accuſacōnē ε inq̄e
tudineꝫ pctōꝝ· ſꝫ foris vagat̄ que
rens pacem ε quieteꝫ in fabulis·
ſpectaculis· ac ceteris ꝯcupiſcēciꝫs
terrenis· Poſtea inocētiā p ptes
exponit **Nico** Non pponē
dicens **Nico** bā ante oculos
meos rem iniuſtā ] ſ. ad cōcupiſcē
dum aliq̄d iniuſtū cupiditate du
ctꝰ exēplis raptorū [ facientes p̄ua
ricacōes ] ſ. diuine legis trāſgreſſi
ones [ odiui ] ſ. eorū maliciaꝫ· q̄a
eiuſdē v̄tutis ē diligē bonū ε odire

malũ ei oppoſitũ. Non adheſit
michi cor prauum] q̄ſi diceret. Et ſi
ex paſſione fui motus ad horam
ad aliquam maliciam: non tamē
in ea pmanſi p obſtinacōnē [ de
clinantem a me malignum] id eſt
malo igne ignitū. ſ. igne ire. inui
die ſupbie. luxurie ⁊ huiuſmodi
viciorum non cognoſcebam] per
approba- **Jero** etiam ſi erat mi
tionem hi proximus vel
amicus. ſiue epūs. abbas vel in q̄
li dignitate ↄſtitut⁹. qm̄ ſi puerte
bant vias ſuas praue viuendo. ſic
eam fugiebā vt perit⁹ eius memo
riā non facerem Et quia iuſt⁹ non
ſolū odit pctā opis: ſʒ etiā oris. Jō
ſubiun- **Ni** [ detrahentē ſecreto
git primo ſuo ]. ſ. i eius
abſētia ⁊ ſic dicit̄ celatū qꝛ non po
teſt audire [ hūc pſequebar ] vel re
prehēdendo vel ei non credēdo. qꝛ ſi
deeſt auditor. deeſt ⁊ detractor.

**Colle** Nihil ei tam inquietat
aiam. nihil ē qd ita im
mobilē et inſtabilē faciat q̄ facile
totū credere ⁊ obtrectatorū vba te
merario mētis aſſenſu ſequi. Hic
enī crebre diſſenſiones. hinc odia
multa naſcuntur. qꝛ ⁊ dilcīſſimos
amicos etiam lingua maligna fa
cit diſcordes. At ↄtra magna q̄ſ
animi eſt magna morū grauitas
nō temē de quoq̄ ſiniſtrū velle reci
pere vel **nico** Et qꝛ iuſt⁹ nō ſolū
audire ſpernit pctā opis
⁊ oris: ſʒ etiā apparētiā pctōrū in
in alijs ſignis. Jdeo ſubdit [ ſuper
bo oculo ] .i. cū homine q̄ ē ſupbus
corde Et dicit oculo. q̄a diſpoſicio
cordis maxime apparet in oculo. ⁊
inſaciabili corde. qualis ē auarus
q̄ non ſaciatur pecunia. eccle. v. cū
h⁹ viʒ hoīe [ nō edebā ] Tales ei n̄
debēt eſſe pncipes vel plati ↄmēſa
les. Vn̄. eccle. ix. Viri iuſti ſint ti
bi conuiue. Et in alio pſal. dicit. In
nocētes ⁊ recti adheſerūt mihi. Se
q̄tur qualiter pnceps aut platus
ſe debet here ad bonos dicēs. Ocu
li mei ad fide- **Caſſ** Jllos ocl'os
les terre ] cordis q̄s
auertebat a peſſimis: nūc ꝓfitet̄
ſe ſociare **Jero** Non ixdit. oculi
cū ſcīs mei ad diuites
terre. ā imperatores. aut epos. aut
preſbiteros: ſed ad fideles

**nico** [ vt ſedeāt mecū ]. i ↄſilijs
iudicijs ⁊ mēſis. Et qꝛ nō
ſolū decet pncipē ā platū habē fi
deles cōſiliarios. ſʒ etiā bonos ac
religioſos miniſtros. Jō ſbdit [
ābulās in via imaculata ] pvie ſan
ctitatē ⁊ honeſtatē [ hic mihi mini
ſtrabat ] .i. in domo mea ſeruiebat

**Caſſ** Et q̄uis hoc nō a laycis
videat̄ exceptū. tn̄ ſpecia
lit̄ platis pbat impoſitū. vt tales mi
niſtros habeāt: q̄ diuinis regulis
nō ipu- **nito** Conſeq̄nt adhuc
gnāt. oñt q̄lit̄ ſe debeat
habere ad malos dicēs [ Non ha
bitabit i medio dom⁹ mee ] .i. int̄ mi
niſtros meos [ q̄ fac ſupbiā ] alios
deſpiciēdo vl' ↄculcādo [ q̄ loq̄t iniq̄
] alijs detrahēdo p̄uis colloq̄is [ n̄
direxit ] .i. nō pficiet [ i ↄſpctū ocl'o
rū meorū ] vt **Cal.** ā aliq̄ pſperi
talib⁹ credere tate meliorē
tur **Hugo** Cōtra de malo p̄n

cipe dicitur puerb. xxix. Princeps q̄
libenter audit v̄ba mēdacij: mini
ſtros habet **Nico.** Et ꝗ aliq̄ ſb̄
impios. iectorū ſunt
ita mali ꝙ non ſolū ſunt a p̄ncipi
bus bonis depellēdi: ſ3 etiā vita pri
uandi vt iuſticia ſeruet᷑. et alij fre
ant᷑ Ideo ſubdit᷑ In matutino
i. celerit᷑ ſine expectacōe ne ſubue
niret impedimentū. interficiebā
materiali gladio q̄ntū ad p̄ncipes
fre. a ſpūali q̄ntū ad p̄latos. om
nes peccōres fre. exigentibus cul
pis ſuis. vt diſperderem de ciuitate
dn̄i. i. de cōitate bonorū ne p ma
los īficiant᷑. omīs opātes iniq̄ta
tē. Ex p̄dictis em̄ colligit᷑ ꝙ q̄libȝ
p̄nceps ā p̄latus ſe habeat ſcd̄m
formā h̄ a dd tradita. viȝ deuote
erga deū: mūde a honeſte ad ſeip
ſū: et iuſte ad ppl'm ſibi ſubiectū.
**Col.** hoc etiā ſciendū. ꝙ p̄dcā
xpō applicai p̄nt, put ſatis
ptȝ in gloſa. hunc tn̄ vltimū v̄ſi
culum ex **Cassio.** de viro in
ponit. ſto. q̄ poſt
vitatos malos aſſerit demonum
ſuggeſtiōnes ſe de corde ſuo expu
liſſe: dicēs In matutino īterficiebā
omīs peccōres **Glo.** Ex caſſio
terre. doro q̄i di
cat. Nō tm̄ malos hoies vitaui ſ3
etiā vicia declinaui. qꝛ i matutino
i. in initio ſuggeſtionis. q̄n q̄i cre
puſcula tēptationū incipiūt appa
**Ni.** Vnde autẽ ſpes iſta hanc portionẽ ↄſequendi ſurgat ↄſequenter declarat dicens ⌊dixi⌋ ꝛ decreui ⌊cuſtodire legẽ tuã⌋ ꝑ bonũ vſũ liberi arbitrij tua gratia informati. Et qꝛ ad huius vſus cõtinuationẽ facit oratio deuota Jdeo ſubdit ⌊Deprecatus ſũ faciẽ tuã⌋ ꝛ miſericordiã tuã qua peccatores dignaris reſpicere. Et addit ⌊i toto corde meo⌋ ꝛ tã intellectu ꝙ affectu ⌊miſerere mei⌋ cõtinuãdo in me bonũ vſum liberi arbitrij. cuiꝰ continuatio procedit ex gratia dei ⌊ſcđm eloquiũ tuũ⌋ q̃d dixiſti. Petite et accipietis ⌊Cogitaui vias meas⌋ ꝛ proceſſus in bono qui ſũt tardi ex fragilitate humana. ſed ſũt feſtini ex grã diuina. Jdo ſubditur ⌊cõuerti pedes meos⌋ ꝛ ſẽſus ꝛ affectꝰ meos ⌊in teſti**Jero.**monia tua⌋ id eſt i pcepta tua vt ea opere ↄpleam ⌊Paratus ſũ ꝛ non ſũ ↄturbatus vt cuſtodiã mãdata tua⌋ **Hugo** Acſi dicat Etiã propter mandata dñi cuſtodiẽda paratꝰ ſũ pati. q̄a ꝛ Petri. ij. dꝛ. Si quid patimini ꝓpter iuſticiã: beati

**Nic.** Et quia curſũ bonorum demones ſuis tẽptationibus nituntur impedire. Jdeo ſubditur ⌊Funes peccatoꝝ⌋ ꝛ tẽptationes demonũ ⌊circumplexi ſũt me.⌋ ad impediendũ me in bono opeꝛ ⌊ꝛ legẽ tuã non ſũ oblitꝰ⌋ tua grã ↄfortatꝰ. Jdo ſubdit ⌊Media nocte ſurgebã ad ↄfitendũ tibi⌋ cõfeſſione lau**Hu**dis Non vacat ꝙ dicit Media nocte ſurgebã. ſcit enĩ hoc tpe ꝑmogenita egyptioꝝ eſſe percuſſa ꝑ que ꝑmi motꝰ pcõrum intelligun**Ambros**tur interempti.

Tũc ei feruet carnis illecebra. tũc mens ſomnolẽta eſt: animꝰ ꝗ occupatꝰ eſt. tũc tẽptatoꝛ aſſiſtit. tũc retia iacit q̄bꝰ turbare poſſit mentẽ improuidã. tũc varias deceptiones pectori dormiẽtis infũdit vt bonũ decipiat ꝛ ſtatũ mẽtis ↄturbet.

**Caſſ.** Et qꝛ ſcit ſponſũ media nocte venturũ. Jdeo eodẽ tpe ſurgit ad laudes ne inť fatuas virgines ianua celeſtis ſibi claudať. Surgebã ḡ in hoc tpe ad laudandũ te ⌊ſup iudicia iuſtificacõis tue⌋

**Nic.** ꝛ de hoc ꝙ tuo ſancto iudicio voluiſti me in iuſticia cuſtodire. Jdo ſubdit ⌊Particeps

ego ſum (ex tua bonitate (omniū
timētium te (timore filiali· quo q̄s
cauet offendere deū patrem (et cu
ſtodientium mandata tua (p ſan
ctam opationem. Et q̄a predicta
gratia diuina omnib9 ꝯfertur ad
eam ſe debite diſponentib9 Ideo ſu
dit. M Iſericordia tua dñe plena
eſt terra (p quā iuſtificas impiu;
Et quia q̄nto plus habentur bona
ſpūalia tanto pl9 deſiderant̄. Ideo
ſubdit (iuſtificationes tuas doce
me (bona ſpūalia in me augmen
tan Iero. vt ipas iuſtificacōes
do hoc eſt mandata tua
intelligā· predicem a ope ꝯpleam.

# B Onitatem fe ci

Theth Sequitur caplm· ix
cui preponitur nona lrā hebraica
que ē Theth· cui9 interpretatio eſt
exclusio. Scriptu; eſt enī de carita
te· q2 caritas foras mittit timorem
Nic. Caritas emi; chriſti vrget
nos ad opus bonū ex cōſi
deratione beneficioru; in mente et
corpe receptorū. quod iſte ppl's fi
delis ꝯſiderans ꝯſequenter ait. d.
B Onitate; feciſti cu; ſeruo tuo
dñe (aīam ei ꝯferēdo ad ima
ginem tuā creatam. et bō gratie ſu
peraddendo que fuerūt data homi
ni in ſtatu innocentie. et poſt lapſū
dantur in baptiſmo. et ante daba
tur ē gulariter in circūciſione. (ſm
verbū tuū (prout habet̄ Geneſ v
Faciam9 hoiem ad imaginem. q̄n
tum ad bō nature. et ſimilitudinem
nrām quantū ad bō gratie. Et quia

non debet hoc homini ſufficere ſi ſp
debet perfectum in ſpūalibus que
rere ſm q dicit Aug9 in li· de pfecti
one iuſticie. Nemo inquit cu mul
tu; pfecerit: dicat mihi: ſufficit. ex
iuit de via ante terminū. Ideo vltra
petit dicēs. B Onitatem (quantu;
ad pfectionem appetitus (et diſci
plinam et ſcientiam (q̄ntum ad p
fectionem intellect9 (doce me (am
pliori gratie tue illuſtratione. Et
dicit diſciplinā quantu; ad cognitio
onem moraliū· et ſcientiā quantū
ad cognitionē Caſſ. Docet enī
ſpeculabiliū deus bonita
tem: inſpirando caritatis deſideriū.
docet diſciplinā cū in tribulationi
bus paciam donat. Docet ſcientiā
Iero. videlicet vt diſcretionē ha
beat et ſciat diſcernē int bo
nū et malū· inter vitam et morte.
inter corp9 Caſſ Sed aliter de
et aiam us docet. alit
magiſter human9. Ille vba pro
mit ſed intellectu; non poteſt eaꝝ
rerū preſtare que precipit De9 au
tem prius cor illuminat vt i intel
lectum electoru; eius verba deſcen
dāt. Sequitur (quia mandatis tu
is credidi (ea ope Nicol Et quia
re complendo inter dei
beneficia ad anima; pertinentia nō
ſolū eſt collatio gratie ſed etiā cor
rectio culpe ſine qua non tranſitur
preſens vita. Ideo ſubditur P Ri
us q̄ humiliarer (per tuam corre
ctionem (ego deliqui (incurrendo
culpam (ꝓpterea eloquiū tuu; cu
ſtodiui (ex diuina enim correctōe
experitur homo quantum bonum

ſit deo obedire. Bonꝰ es tu. gratiam oſferendo. Et quia bonū eſt ſui ipſius diffuſiuū. Ideo ſubditur. et in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. bonitatē tuā mihi cōmunican do. Caſſ. Conſequēter petit bonitatis auxilium ut iuſtificationes dn̄i quas lectione didicerat: i ſuo certamine declararet. vn de ſubdit. Ni. Multiplicata eſt ſup me iniquitas ſuperborum. i. demonū me conantium impellere ad peccatū. ego autem in toto corde meo. videlʒ intellectu et affectu. Iero. ſcrutabor mandata tua. conſolationem requirens in eis vt ſic euadam eorūʒ temptamenta. Coagulatum eſt ſicut lac cor eorū. p Nico temptamenta. i. malicia ꝯpreſſum quia ſpiritus maligni ſūt in malicia obſtinati. ego vero legem tuā meditatus ſuʒ. Caſſio. Ad facilius eis reſiſtendū vt eorū crudelis obſtinatio pia pſeuerantia vinceretur.

Ni. Bonum mihi domine quia humiliaſti me. i. quia per infultus et temptationes demonū dediſti mihi cognitionem fragilitatis mee ne ex donis tuis caderem in ſupbiaʒ. Hoc modo dicebat Paulus. ij. ad Cor. xij. Ne magnitudo reuelationū extollat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis mee angelꝰ ſathane q̄ me collaphizet. Ergo ad hoc pmiſiſti me temptari. vt diſcam iuſtificationes tuas. i. vt facerem que docuiſti. Et quia experimento ꝓprie fragilitatis mouetur homo magis ad diſcendū artē defendēdi ſe ꝯtra impugnationē demonūʒ q̄ habetur p vetus et nouū teſtamentum. Ideo ſubditur. Bonū mihi lex oris tui. quia decēʒ precepta decalogi locutus eſt deꝰ in monte ſynai p angelū pſonam dei repn̄tanteʒ. Et legem euangelij locutus ē nobis p filiū in carne apparentem. ſm quod dr̄ ad heb. i. Nouiſſime locutus eſt nobis in filio queʒ conſtituit heredem vniuerſorū. Sequit. ſuper milia auri et argenti. i. ſuper oēs mūdi diuicias. quia tanto ſpūalia excedunt tpalia quanto illa que ſūt anime corporalibus preferuntur.

Hugo Vnde in gloſa dicitur Plus diligit caritas legem dei quam cupiditas milia auri et argenti

# Manus tue do

Ioth Sequitur capitulum decimum cui preponitur decima littera videlicet Ioth que interpretatur principium. Vnde fidelis populus principium ſue creationis rememorans petit illuminationem intellectus ſui dicens Auguſtinꝰ

Manus tue. i. dei virtus et dei ſapientia videlicet chriſtus dominus. fecerunt me. ſm animā ad imaginem tuam. et plaſmauerunt me. ſm corpus Ni. i ſtatura recta. ad videndūʒ deum vt videlicʒ homo ex figura corporis quodammodo doceatur ꝯtēplari et amare celeſtia. Vnde poeta dicit. Os homini ſublime dedit celumque videre Iuſſit et erectos ad ſy

dexra tollere vultus. Et ſimiliter cũ
q̃rerẽt ab Empedocle Cur viueret:
Reſpondit Vt aſtra aſpiciam. ſub
trahe celum: nullus ero. Sequitur
Da mihi intellectũ Hoc eſt eleua
tionem et illuminationẽ intellect⁹
ad te cognoſcendũ et amandũ. Ani
ma autẽ humana ad imaginẽ dei
creata capax eſt ipſius p cognitio
nem et amorem. Et declarat quo ſi
ne petit intellectum dicens Vt di
ſcam mandata tua ipſa intelligẽ
do et opere **Caſſ** Petit ergo po
complendo pulus fidelis
intellectum vt quem Adam p̃mo
bedientiam pdiderãt: idem popul⁹
p deuocõnis obſequia mereretur
**nicol** Qui timẽt te timore fi
liali videbunt me et leta
bũtur quia caritas gaudere facit
de bono proximi quia in verba tua
**hug** id eſt in promiſſione verborũ
tuorum ſuperſperaui q̃a
plus daturus es iuſtis tuis q̃ pro
miſiſti. Senſus talis eſt Qui timẽt
te: videbunt iuſtum. et letabunt.
quia inde eis ẽ leticia quia viderũt
bona ope **Ambroſ** Eſt enim
ra tua inſitum
bonis vt affectu pio caſtum pudi
cus: ſapiens prudentẽ: miſericors
liberalem diligat. et virtutes ſuas
in alijs amet. Pleriſq3 enim iuſti
aſpectus: admonitio correctionis ẽ
perfectioribus vero leticia eſt. Ma
gna enim virtus eſt in oculis. qđ
apparet in naturalib⁹. Baſiliſcus
vero ſi qđcunq3 animal viderit pri
or: hoc ſuo viſu fertur occidere. Ipe
quoq3 ſerpens dicitur mori: ſi fue
rit hominis preuentus aſpectu. Er
go ſi tanta virtus eſt in oculis ſer
pentis vel in oculis hominis vt ſi al
ter alterum prior viderit: poſſit oc
cidere. Nunquid eſt virtus in ocul'
iuſti qui eſt repletus virtutis gra
tia. Sed qui videt iuſtũ debet ſcire
quid videat. non illum videt in cor
pore. non in veſtimento. non in pa
trimonio. non in vultu. ſz intus vi
det q2 non illum videt niſi eius vide
rit mentem. niſi eius ſermonẽ in
tenderit. niſi ſenſus illius potuerit
comprehendere et ſapientiã de trã
ctatu eius aſſumere. Tunc igitur
letabitur cũ iſta perſpexerit et cog
noue **Nic** Et quia homines ali
rit ea quando ex fragilita
te humana committunt aliq̃ pro
pter que a deo puniuntur in hac vi
ta ne poſtea grauius puniãtur. ſi
cut patet. iiij. Regũ. xiij. de viro dei
qui ſeductus a falſo propheta in be
thel redijt propter qđ a leone occi
ſus fuit. tamen leo cadauer ei⁹ nõ
tetigit ſed ſeruauit ad oſtendendũ
peccatum eius illa pena deletum et
in alijs actibus vite ſue eius meri
tum Ideo ſubditur Cognoui do
mine id eſt expertus ſum etiam in
paſſionib⁹ meis quia equitas iu
dicia tua quibus punis licet ipa
aliquando ſint occulta et in verita
te tua id eſt iuſte humiliaſti me
per tua flagella. Fiat miſericor
dia. in peccatorum meorũ deletio
ne vt cõſoletur me de ſpe vite eter
ne ſecundum eloquium tuũ ſer
uo **Caſſiodor.** id eſt ſe
tuo cundum

illam promiſſionem qua reſpondetur in euangelio ſe tribulatos relicturum minime in paſſionibus.

**Nicolaus** ⌊Ueniant mihi miſeratiões tue ⁊ viuam⌋ vita gratie in pñſenti ⁊ vita glorie in futuro. ⌊Q̄a lex tua meditatio mea eſt⌋ Nuc quidẽ meditatio eſt diſpoſitio ad gratiã habendã. ⁊ habitam augmentandã. Et quia ex profectu bonoꝝ cauſatur confuſio demonum Ideo ſubbitur ⌊Confundantur ſuperbi⌋ id ẽ ſpiritus maligni qui de celo propt̃ ſuam ſuperbiam ſunt deiecti ⌊quia iniuſte iniquitatem fecerunt ĩ me⌋ Licet eniꝫ demones iuſte a deo permittantur nos temptare: tamen poteſtate ſibi cõceſſa vtũt̃ iniqua voluntate ⌊Ego autẽ exercebor in mãdatis tuis.⌋ quia quãto homo ſentit ſe a demonibus plus temptari: tanto magis debet ĩ bonis operibꝰ exerceri. Et quia in pugna contra demones indiget homo ſuffragijs bonorum Ideo ſbdit ⌊Conuertantur mihi⌋ id eſt ad auxilium meuꝫ ⌊timentes te⌋ timore filiali ⌊et qui nouerũt teſtimonia tua.⌋ intelligẽdo ⁊ operando precepta tua. Et q̄a per bonum exercitium purificatur cor hũmanum. Ideo ſubdit ⌊Fiat cor meum immaculatuꝫ in iuſtificationibus tuis: vt non confundar⌋ in preſenti per lapſum culpe. ⁊ in futuro per lapſum in foueam gehenne **Ambroſ.** Que autẽ ſunt iuſtificationes. Audi prophetam dicentem. Dic iniquitates tuas vt iuſtificeris. Ergo qui iniquitates dicit: iuſtificatur. qui autẽ iuſtificatur non confunditur. quia pudorẽ peccatorum matura confeſſione perimit.

## Defecit ĩ ſalutare tuum anima mea

**Caph** Sequitur capitulum vndecimum cui preponitur vndecima littera ſcilicet Caph. que interpretatur incur⁊. **Hu.** Incuruãtur fideles velĩt nolĩt per hec infima. q̃diu ĩ hoc corpore detinentur: qd corrumpitur ⁊ aggrauat animam. mens tamen eorum ad ſuperna rapitur cum in amore accenditur contemplacõis diuine. de qua conſequenter ſbdit dicens

Defecit. **Nicolaus** Circa quod ſciendum ꝙ quanto plus anima ĩ contemplatione eleuat̃: tanto magis ab occupatione exteriorum ſẽſuum retrahitur. Et quando contemplatio multum intenditur: ſenſus exterior ab actu ſuo ceſſat ⁊ impeditur vt patet in raptu. ⁊ ſic anima quodammodo deficit inquantum ceſſat ab actu exteriori: abſorpta in contemplatiõe ſummi boni ⁊ delectatione ſequenti. et hoc eſt quod dicit. Defecit in ſalutare tuũ anima mea. quia talis defectus eſt ſalutaris **Gregorius.** iiij. moral. Naꝫ quo quiſqꝫ robuſtiꝰ eterna appetit eo a tẽporalibꝰ ſalubri de

fectione laſſatur. **Ambroſius** Defice
re enim eſt migrare vnumquenq̧
totis ſtudijs ad id quod diligit Il
lud enī cogitat. illi adheret. illud
perſonat. illud ī mentis gremio fo
uet. in id quadam defectione tranſ
funditur. & hoc ſolū timet ne illud
poſſit amittere Attollatur igit̄ anī
ma noſtra deficiēs ſuis viribus vt
adhereat ſummo bono chriſto ſa
lutari noſtro per quod fiet eterna
liter beata. **Nico** Et in verbū tu
Sequitur. [um ſuperſpera
ui] quo promiſiſti vitam beatam.
Quanto enim quis in contempla
tione eleuatur: tanto magis de ve
ritate hui⁹ ꝓmiſſionis certificatur
Defecerunt oculi mei in eloquiū
tuū] qz quāto oculi interiores anī
me plus eleuantur ī deū tanto ma
gis diuinam bonitatem percipiūt
& veritatem. que ī ſacra ſcriptura
diuinis eloquijs exprimunt̄ tranſ
cendere in infinitū. & ꝑ conſequēs
accenditur eius deſideriū ad vidē
dum deū immediate atq̧ eo fruen
dum. Ideo ſubditur [dicētes quan
do conſolaberis me. &c ] in ꝑfecta be
atitudine. Et q̄a ex tali eleuatione
ad diuina redditur hō quaſi inſenſi
bilis circa exteriora agibilia. Ideo
ſubditur [Quia factus ſum ſicut
vter in pruina]. Vter enī ī pruina
derelictus videtur nō applicabil' vl
tra humanis vſibus. & hoīes excel
lenter cōtemplatiui reputantur in
agibilibus & politicis v̄ actib⁹ mū
danis quaſi ſtolidi. Unde & iiij. Re.
ix. Principes exercitus q̄ erant cū
Hyeu dixerunt de ꝓpheta qui vene
rat ad eum iungendum. Quid ve
nit inſanus iſte ad te. &c Et ī figurā
h⁹ facies Moyſi apparuit cornuta
ex collocutione domini vt habetur
Exo. xxxiiij. Excellenter ergo ꝯtem
platiui ab hominibus mundanis
reputantur fatui. & tamen ſcḋm veri
tatem ſunt ſapientiſſimi. qz ſapia
conſiſtit proprie in cōtēplatione
prime cauſe non ſolum ſcḋm ſcōs
ſed etiam ſcḋm phōs vt habet̄ pri
mo metaph. Et quia excellens cō
templatiuis vita preſens vertitur
in tedium. Ideo ſubditur. [Quot
ſunt dies ſerui tui] id eſt q̄ diu re
tardabor a beatitudine celeſti. Hoc
modo dicebat Paulus ad philip.
ꝑmo. Deſiderium habeo diſſolui et
eſſe cum chriſto [quando facies de
perſequentibus me iudiciū] id eſt
de diabolo cum miniſtris ſuis / in de
ſinenter temptantibus me. Extre
mum enim iudicium in quo demo
nes generis humani perſecutores
detrudentur in infernum a ſanctis.
et maxime a cōtemplatiuis homi
nibus deſideratur. quia tunc vita
contemplatiua nunc inchoata cō
ſummabitur. Unde dicit Auguſt.
ſuper Iohem exponens illd. Sic eū
volo manere donec veniam id ē in
choata contemplacō manet donec
veniam: tunc perficienda cū vene
ro ſcilicet ad iudicium. Conſequē
ter ſubiungit de impedimento ſua
uitatis que eſt in contemplatione
d. [Narrauerūt m̄ iniqui fabula
tiones] q̄ nullā ꝯtinent veritatem
ſeu vtilitatem [ſꝫ nō vt lex tua] que

nullā falſitatem continere poteſt:
cum ſit a prima veritate diriuata.
Ideo ſubditur⌊Omnia mandata
tua veritas⌋ **Caſſ** ⌊Iniqui⌋ſciƷ
infallibilis. heretici et p
fidi⌊perſecuti ſunt me⌋iubendo per
uerſa aut falſa ſuadendo. Ideirco⌊
adiuua me⌋vt poſſim eoꝝ pſuaſi
onem ſuperare⌊ **Hug** ⁊ fere⌊
Paulominus⌋ ɔſūma
uerunt me i terra.⌋quaſi dicat ſfe
re ad nihiluƷ redegerunt me ſed tn̄
non ex toto. qꝛ⌊ego autē non dere
liqui mandata tua⌋Et qꝛ hoc nō p
ceſſit ex virtute humana: ſƷ ex bo
nitate diuina magis. Ideo ſubdit⌊
Secundū miſericordiā tuā viuifi
ca me⌋in vita eterna. vbi ſācti nul
la ɔtrarietate pulſantur.⌊⁊ cuſto
diam⌋vſqƷ **Nico.** ⌊teſtimonia
in finem vite oris tui⌋vi
delicet p̄cepta decalogi. aut verba
ſācti euangelij que proprio ore p
tuliſti.

# In eternum domi

**Lamech** Incipit capl'm. xij.
cui p̄ponitur lrā. xij
Lamech. que interp̄tatur cor. In
hoc caplo fidelis populus cor i do
mini mandata ɔ̄ſtituens: aſſerit
verbū domini nequaꝗ̄ habere ter
minum dicens

In eternum dn̄e verbum tuū pma
net in **hug** Hoc de angelis dici
celo tur qꝛ in celo perma
net verbum dei in eternū q̄ꝛ iam ni
hil poſſunt facere ā velle niſi qđ de⁹
ordinat ⁊ vult. Vn̄ vt nos ei⁹ volū
tatem omnino faciam⁹ ſic petim⁹.
Fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ in
terra. v.ſ.ſicut angeli ſūt ɔformes
in celo volūtati diuine. ita ſint ⁊ ho
mines i terra. Poſt celū vero terrā
intuens ſubdit⌊In generacōne ⁊
generacōnem **Iero.** Vna gene
veritas tua⌋ ratio legis ē
prophetarum. alia euangelioꝝ In
his generacōnib⁹ veritas dei pma
net qꝛ nihil mendacij i ſcripturis
ſanctis ptulerunt **Hugo** ⌊fun
daſti terrā⌋.i.eccleſiam in fide chri
ſti⌊et⌋in ea⌊permanet⌋. Sequit⌊
Ordinatione tua pſeuerat dies.⌋
diem vocat claritatem eternam

**Caſſ.** Nam quotiens in ſingu
lari numero dies ponitur
venturus ille ſignatur qui vnus atqƷ
eternus eſt. ⁊ non habet noctem.
De quo ſcriptum eſt. Et erit illis
dominus lumen eternum.⌊quoni
am omnia ſeruiunt tibi⌋ videlicet
illa quibus dies perpetuus erit vt
excludantur illi qui infidelitatis te
nebras patiuntur qui domino nō
videntur **Nicolaus** Et q̄ꝛ
ſeruire ɔ̄tra
caſum peccati maxime valƷ diuine
legis meditacō ſicut dicit Hieroni
mus ad Ruſticū monachuƷ Ama
ſcripturarum ſanctarum ſtudia ⁊
carnis vicia non amabis Ideo ſub
dit⌊Niſi qꝛ lex tua meditacō mea
eſt⌋id eſt niſi fuiſſem occupatus
in tali meditatione. tunc forte periſ
ſem. per lapſum in culpam grauē.
in humilitate mea. videlicƷ impul
ſus corruptiōe mee carnis q̄ ex ſua
vilitate rō eſt mee hūiliacōis ſm

illud Mich. vi. Humiliatio tua in
medio tui. Et quia tale ꝯſeruatiuum
debet diligẽter cuſtodiri tanq̃ val
de neceſſariũ. Ideo ſubdit ⌊In eter
num nõ obliuiſcar iuſtificationes
tuas⌋ que ꝯtinentur in lege tua. ⌊
quia in ipſis viuificaſti me⌋ per earum
meditationes pſeruando me a pec
catis. Ideo ꝯcludit vlterius .d. ⌊Tuus
ſum ego⌋ ideo quia vitam meã ſeruaſti di
cto modo ⌊ſaluũ me fac⌋ de futuro ſicut
de pterito ⌊quoniam iuſtificationes tuas⌋
in decalogo deſcriptas ⌊exquiſiui⌋
intellectu Caſſ. Alij ei honores
et affectu ſeculi appetunt
Alij coniugia querũt. alij gaudia
mundi ꝯcupiſcunt. Iſte ſibi meſti
mabiles putat eẽ diuicias ſi iugiter
mãdata dñi pbaret exquirere. Et
neceſſe inquit habeo vt ſaluum me fa
cias. quia me expectauerũt ⌊longo
certamine: latenter mihi inſidiãdo
⌊pecca Nico et ſpũs maligni i
tores.⌋ peccato obſtina
ti ⌊vt perderent me⌋ per lapſum mor
talis culpe ⌊teſtimonia tua intelle
xi⌋ Intelligere enim eſt intus legere
et ſic eorum inſidias euaſi. quia ſacre
ſcripture deuota meditacõ ẽ arma
tura ꝯtra temptationes demonum.
Et quia ex tali meditatione intelligit
finis pfectionis humane. Ideo ſub
ditur ⌊Omnis ꝯſummationis⌋ .i.
humane pfectionis ⌊vidi finẽ⌋ Et
quis ſit iſte finis ꝯſequenter oſtẽ
dit dicens ⌊latũ mandatũ tuum ni
mis.⌋ Iſtud eſt mandatũ caritatis
quod eſt tante latitudinis vt ſe etiam
extendat ad inimicos diligendos.
et vniuerſa delicta operiat ſicut dicitur

prouer. x. Vniuerſa delicta operit
caritas. Qui autem ſit finis pfecti
onis humane patet et ad Thymo. i.
vbi di. Finis pcepti eſt caritas et
dilectio dei et proximi. Vnde ſalua
tor ait Math. xxij. In his duobus
mandatis. hoc eſt in dilectione dei
et proximi. tota lex pendet et pphe
te. Hug. Omnis ergo conſumma
tionis et omniũ prece
ptorũ. vidi finem et perfectionem le
gis eſſe ca Caſſ. Si aũt ad litte
ritatem ram hoc velis ad
uertere. poteſt etiã accipi quia rebus
ſecularibus terminus videtur ſp im
poſitus. Mandata aũt domini non
hñt finem. quod ideo ſic poſitum ẽ:
vt nec ambitiones ſeculi aliquis de
ſideranter expeteret quibus finẽ da
tum eſſe ſentiret. et mandata domi
ni nimia feſtinatione pquireret q̃
latiſſima comprobaret.

## Quomodo dile xi le Mem Hugo

Sequitur capitulũ. xiij. cui ppõnitur
.xiij. littera hebraica ſcilicet Mem.
que interpretatur viſcera: vel ex in
timis. vnde caritas itelligitur que
tanq̃m ex intimis cordis medullis
accenditur quam ſe fidelis populus
totis viribus diligere oſtendit cum
admiratione ita dicẽs

Quomodo dilexi legem tuam
domine. ⌊q̃ in nouo teſtamẽto ꝯti
netur. Et videt .d. ⌊tota die⌋ et cõti
nue. ⌊meditatio mea eſt⌋ id eſt de
ea et in ea meditor. Ieron. In
hoc apparet eum legem dei diligere

qui per omne tempus vite ſue eaȝ
cognoſcitur **Caſſ.** Si quis cau
meditari. ſas quaſdam
q̄ꝫ reſpectu domini ſub moderacōne
diſponit: ſi cibos temperanter acci
piat: ſi ſomnos ↄuenienter capiat
ſi ſe honeſta ⁊ ꝓbabili actione cō
mendat: legeȝ dei meditatur ſicut
dicit apl's. Siue enī manducatis: ſi
ue bibitis: ſiue aliq̄d aliud facitis
omnia in gloriā dei facite. Sequit̃
Super inimi **Nic.** ⁊ ſuper iude
cos meos ] os ⁊ infide
les. qui licet quantū ad naturā ſūt
amici: tamen q̄ntū ad infidelitateȝ
ſunt inimici. ſup hos [ prudentē me
feciſti ] i. prudētiorē ipſis ī h° [ mā
dato tuo ] i. p mandatum tuum a
me vere intellectuȝ. cui fideliter obe
diui [ quia in eternuȝ mihi eſt ] Iu
dei etſi habent ſacram ſcripturam
non tñ intelligūt eam vere: ſed per
uerſe. **Hu.** Iſte ḡ iuſtus pruden
tior factus eſt illis per
fidem chriſti: fideliter ſcripturās in
telligens. Et q̄a iudei ex mandato
dei tpalia queſierunt Ideo non fu
it illis in eternuȝ. Iſti vero mādatū
dei i. dilectio ↄius manebit in eter
num. cuius premiū eſt ipſe dilcūs
dn̄s chriſt⁹ qui **Nic.** Et quia de
eſt eternus ſacra ſcp̄tu
ra docet hō dupl'r. Vno modo ab
hoīe perito in intellcū ſacre ſcp̄ture
Et in tal' noticia diſcipulus aliqn̄
trāſcēdit mgr̄m q̄ꝫ hȝ clarius inge
nium ⁊ diligentius exercitiū. ſicut
contingit in pluribus. Et in pſona
taliū dicitur [ Super omnes docē
tes me intellexi ] videlicet ſacre ſcri
pture veritatem. Cuius cauſa ſub
dit. [ q̄ꝫ teſtimonia tua meditatio
mea eſt ] i. meditatio mea circa te
ſtimonia tua ↄtinue verſat̃ quātū
hūana fragilitas patit̃. Alio mō
docet hō a deo ſic edocti fuerūt apl'i
de q̄b⁹ dicit Iero. in epl'a ad Pau
linū de oīb⁹ ſacre ſcripture libris
Quicq̄d alijs exercitacō ⁊ quotidi
ana in lege meditatio tribuē ſolet
hoc illis ſpiritusſanct⁹ ſuggerebat
Et erant: ſc̄m q̄ꝫ ſcriptum eſt: doci
biles dei. Hoc etiam modo fuerūt
edocti plures alij ſancti ſicut de be
ato Franciſco ⁊ Antonio legitur ⁊
de pluribus alijs. Et iſte modus ſe
cundus ſciendi eſt excellentior pre
cedentibus. Propter quod in pſo
na taliū ſbditur [ Super ſenes ] p
exercitium longi tpis ſcripture no
ticiam hn̄tes [ intellexi ] ex diuina
inſpiratione. Cuius cauſa ſubdit
[ q̄ꝫ mandata tua exq̄ſiui ] i. intelle
ctuȝ v̄boꝝ tuoꝝ a te mihi dari deuo
ta oratione petiui. ⁊ dediſti m̄ ſicut
ſcribit̃ Sap. vij. Inuocaui ⁊ venit ī
me ſpūs ſapiē. Seq̄tur [ Ab omni
via mala ] q̄ ducit ad pditionē [ p
hibui pedes meos **Hug** ⁊ cogitacōes ⁊ af
fect⁹ q̄ proni ſunt
ad malū ab adoleſcētia ſic dr̄ Gen.
viij. Vt cuſtodiā v̄ba tua. Nec
ↄ mādata negatiua q̄lia ſunt Nō
occides. Nō mechaberis. Nō furtū
facies. ⁊ ſilia q̄ ꝓhibent malū [ A
iudicijs tuis. in lege diuina ↄtentis
nō declinaui: q̄ꝫ tu legē poſuiſti m̄.
**Iero** Legeȝ mandatorū a te ſuſ
cepi ⁊ ſtatuiſti q̄ꝫ ſi ab his
declinarē ī eīno iudicio ↄdemnarer

Ni. Et q̄r ex eorū obſuātia expe
ctat̄ opīa ↄtributio delcāns
aīa3. Jō ſb̄dit. O ꝗ̄ dulcia faucib9
meis eloq̄a tua: ſup mel ori meo.
Os ⁊ fauces accipiuntur metapho
rice p̄ viribus ſupiorībus anime
videlicet ratiōe ⁊ intellectu anime.
quibus dulcedo celeſtiū in p̄nti ali
quo modo ſentitur ⁊ p̄gultatur ⁊
p̄ ↄſequens peccatum qđ eſt huiꝰ
dulcedinis impedimentū odītur.

Iero. Nam ſicut mel viſibile
amaritudines arcet no
ſtrarum fauciū: ita eloquijs domi
nicis amaritudines noſtroꝝ crimi
num mitigantur. Mandatis tu
is intellexi. Nyco. videlicet dul
cedinē3 tue retributionis ſcḋm q̄ di
citur Iſa. lxiiij. Oculus nō vidit de
us abſ te. ⁊ auris nō audiuit que
preparaſti diligentibꝰ te. Propte
rea odiui omnem via3 iniquitatis
quia ipſa impedit conſecutionē3
predicte dulcedinis ⁊ ſuauitatis

Lucerna pedibꝰ

Nun. Seq̄tur. xiiij.
capl̄m cui p̄
ponitur lr̄a hebreorum. xiiij. Nun
ambro que interp̄tat̄ vni
cus. Ecce ipſe littere
hebreorum teſtificantur dominū3
Jeſum eſſe vnicum patris filium.
Hugo Cui fidelis populus at
tribuit bona ſua. d.

Lucerna pedibus meis v̄bu3
tuum. i. ſcriptuā euangelica
ē directio intellectui ⁊ affectui meo.
ne in tenebris huiꝰ mūdi incedēs
cadam in foueam pctōꝝ. Lumē
ſemitis meis.

Nico q̄r verbum tuu3
diuinū nō ſolu3
dirigit in adimplendis preceptis
diuinis: ſed etia3 conſilijs euange
licis que dicūtur ſemite quaſi vie
ſtrictiores ⁊ magis compendioſe.
Qui autem ſic in dominicis prece
ptis dirigitur dicit quod ſequitur
Iuraui ⁊ ſtatui. id eſt firmiter
⁊ ſine mutacōne diſpoſui. cuſtodi
re iudicia iuſticie tue. per qua3 iu
ſticiam peruenit homo ad ſalute3.

Hugo Et quia qui vult cuſto
dire iuſticiam pleruq3
multipliciter affligitur. Jđ ſubdi
tur. Humiliatus ſum vſquequaq3.
humiliatione afflictionis quia vſ
quequaq3 paſſus ſum multaꝝ ad
uerſitatum pericula.

aug Pro eo q̄ ſta
tui. cuſtodire
iudicia iuſticie tue. Et ne in tanta
humiliatione ipſa fides deficeret:
addidit. domine viuifica me. dan
do mihi patientiam. ſcḋm verbū tu
um. de quo in alio pſal. dī. Cū ipo
ſum in tribulatione.

Nic Conſequent oſtē
dit ſe in tribula
tionibus non deficere ſ3 magis deum
laudare dicens. Voluntaria oris
mei. i. ſacrificia laudis a me tibi
volūtarie oblata. beneplacita fac
dn̄e. i. ſint tibi acceptabilia.

caſſ Laudes in
ocio exhibe
re: deo ḡtiſſimū eſt. ſ3 in tribulatiōe
ampliꝰ p̄bat̄ eximiū. i. p̄clarū q̄ in
firmitas corpis dolore preſſa non
vincit̄. ſ3 tūc magis aīa felix in dn̄i
laudibꝰ excitat̄. Ieronī. Et iudi
cia tua. i. mandata tua. doce me. &
vt ea intelliga3 ⁊ implea. Anima

mea in manibus meis ſemper⌋

Hug

Acſi dicat doce me obedie͂ mandatis q̃a anima mea parata eſt ſemper ad ſuſcipiendū doctrinam tuam⌊ et legem tuā nō ſum ob

Nico

meditans eam in litus⌋ corde: et exeque͂s in ope. Et hoc probat ↄſequenter dicens Poſuerunt peccatoꝛe͂s⌋ id eſt demones ⌊laqueum mihi⌋ id eſt decep‑tiones et ille

Caſſ

In hac eni͂ cebras ſeculi mūdi ſitua tot laqueos inuenis quot vicia cō‑tueris. ſed populo fideli nihil terre‑nuꝫ preualere potuit q̃ ſe celeſti cō‑uerſatione tractauit. vnde ſubdit. ⌊et de mandatis tuis non erraui.⌋ ſed in eis permaſi p gr̃am tuā me preſeruantem⌊ Hereditate acqui‑ſiui teſtimonia tua⌋ id eſt tua p̄cepta decalogi vt tibi obediaꝫ⌊in eternū.

Hugo

Cauſam ſubiūgit ⌊qꝛ exultatio cordis mei ſunt⌋ Et in hac exultacōne⌊ Incli‑naui cor meuꝫ⌋ vt humiliter ſerui‑rem⌊ ad faciendas iuſtificationes tuas⌋ id eſt opera bona que a te ſunt et iuſtificant vtpote ſunt opera mi‑ſericordie videlicet eſurienti pane͂ frangere. nudum veſtire. et ſimilia de quibus dicitur Lu. xi. Date ele‑moſinā et oīa munda ſunt vob. Et addit⌊in

Caſſ

Nō qꝛ in futuro eternum. miſereatur q̃s afflicto. cū in illo regno nulla ꝑbet̃ eſſe miſeria. ſed qꝛ fructū id eſt premi‑um earum elemoſinaꝝ ſub eterni‑tate recipiet. vnde ſbdit. ⌊propter retributionem⌋ videlicet illaꝫ quā audituri ſunt ſancti. Venite benedi‑cti patris mei percipite regnum. Magna retributio que tame͂ de do‑mini prouenit largitate: incolam fieri regni perpetui: conſortem be‑atorum angeloꝝ: patriam ſuſcipe‑re que ſemper delectet nec vlla pe‑regrinatione deſeratur

# Iniquos odio ha

# Samech

Sequitur cap̄l'm xv. cui preponit̄ xv. littera. ſ. ſamech

Hugo

q̄ interpretatur audi Vnde admone‑mur vt diligēter aure cordis audi‑amus et conſideremus q̄ de odio ini‑quoꝝ dicuntē hoc mō Iniquos odio habui⌋ non inquātū ſunt hoīes. qꝛ ſic ſunt diligendi. iu‑xta illud. Diligite inimicos vr̄os. ſꝫ inq̄ntum ſunt peccōres odiendi ſūt videlicet vt odio habeam⁹ in eis vi‑cia: et ame

Iero

mus naturā ⌊et legē tuam dilexi⌋ q̃a qd precepiſti: ope impleui. Et q̃a ad hoc req̃ritur auxiliū dei. Jdō ſubdit̄

Aug⁹

⌊Adiutor⌋ ad bona ſa‑cienda⌊ et ſuſceptoꝛ me‑us es tu. ad mala euadenda⌊ et in verbū tuuꝫ id eſt filiuꝫ tuum. ſupſpera‑ui

Nycol

id eſt ſuper omnes i ipſo ſperaui. quia in eo beatam vi‑taꝫ promiſiſti abrahe et ſemini ei⁹ id eſt omni fidem eius imitanti

Hugo

Declinate a me ma‑ligni. tam vos demo‑nes q̄ꝫ pueruſi homies. et ſcrutaboꝛ. meditando o. mādata dei mei. demo‑nes enim ſuis peſſimis ſuggeſtio‑nibus. et peruerſi homies contentio‑ſa ſemper malignitate impediūt

te ne ſtudio ꝗ oratione poſſis ſcru
tari dei tui **Iero.** Sʒ ſi volueris
mandata penitentiam a
gere ſegregari habes ab illoꝝ cõ
ſortio ⁊ dicere domino ¶ Hugo ⌊
Suſcipe me ſꝫm eloquiũ tuũ ⌋ id ẽ
ſꝫm pmiſſionem tuam ⌊ et viuam ⌋
vita gratie in preſẽti. ⁊ vita glorie
in fu **Nico.** ⌊ et non confũdas
turo me ⌋ i. ne me ɔfun
di permittas in fruſtratione ſpei
mee. Ideo ſubditur ⌊ ab expectatiõe
mea ⌋ Spes eſt certa expectatio fu
ture beati **Caſſ** Beata enĩ eſt ex
tudinis pectatio: vbi cer
ta eſt pmiſſio. Expectatio itaqꝫ ſan
ctorum: eſt celoꝝ regna angeloꝝ
qꝫ conſortia pmereri. et quod ſup
totum eſt ipſuꝫ iugiter videre qui
in beatorum corde ſolꝫ ſemper dul
ceſcet **Hug.** Et quia hõ non pt
re eam conſequi virtu
te propria Ideo ſubditur ⌊ Adiu
ua me ⌋ contra inimicos qui me vo
lunt perdere ⌊ ⁊ ſaluus ero ⌋ in aĩa ⌊
⁊ meditabor in iuſtificationib⁹ tu
is ſemper ⌋ i. qꝫ diuinaꝫ memorie
tenebo qualiter me iuſtificaueris
**Nic** Et q̃a peccatores a ſpe dicte
beatitudinis defraudantur
Ideo ſubditur ⌊ Spreuiſti omnes
diſcedentes a iuſticijs tuis ⌋ ¶ **Caſ
ſio.** Nam cum ſit iuſtificatõ pec
catorũ: mentis pura confeſſio. me
rito ſuperbi ſpernuntur a dño qui
ſe tali remedio ſanare deſpiciunt.
Addit itqꝫ ⌊ qr iniuſta ⌋ ẽ ⌊ cogitatõ
eoꝝ ⌋ videlicꝫ velle peccare. ⁊ iuſtiſ
ſimo iudici nolle ſatiſfacere. Meri
to igiẽ tales ab abſolutionis grã

ſubmouentur qui totiens moniti:
hic pio dño ſatiſfacere contempſe
runt **Nicol.** Propter quod ad
huc ſubditur Pre
uaricantes reputaui omnes pecca
tores terre ⌋ id eſt declinantes a le
ge naturali. vel a lege moyſi data.
⌊ Ideo dilexi teſtimonia tua ⌋ id eſt
legem gratie que recte facit incede
re per viam veritatis ⁊ iuſticie. Et
quia carnis petulantia id eſt furi
ens luxuria frequenter impedit gra
tiam in hac vita Ideo ſubdit ⌊ Con
fige timore tuo carnes meas ⌋ id ẽ
mortifica in me omnes motus car
nales ⌊ a iudicijs enim tuis timui.
⌋ quibus totum mundum ſumer
ſiſti aquis diluuij ꝓpter peccatum
luxurie Omnis enim caro corrupe
rat viam ſuam. vt habetur Geneſ
vi. Et zodoma cum alijs quatuor ci
uitatibus igne ſulphureo ſuccẽdi
ſti propter enormitatem luxurie vt
habetur Geñ. xix. Et non ſoluꝫ ho
rum iudiciorum conſideratio. verũ
etiam futuri iudicij recordatio con
figit meam carnem. motus eius il
licitos reprimendo timore caſto at
qꝫ perfecto. qui nõ tm̃ habet ante
oculos formidineꝫ vindicte ſed ve
hementer etiam metuit amiſſionẽ
gratie in qua fidelis viuit per quã
omnis reficitur chriſtianus. Con
figi ergo ſe populus fidelis timorẽ
domini deprecatur vt moriendo vi
uat qui prius male viuendo mori
ebatur.

Feci iudiciũ
Ayn Sequit̃ ca
pitulũ. xvi
cui p̃ponit̃ lrã. xvi. ſ. Ayn.

Ambro. que interp̃tat̃ ocu
lus vel fons. Dum
autem bona p̃uidem⁹ ⁊ agimuſ fit
nobis oculus cordis fons iuſticie
quã ſe p̃plus fidelis cuz p̃rimo iu
ſte viuendo feciſſe teſtatur: dicẽs.
Feci iudi
cium. Hugo. diſcernẽ
do bonuz
a malo. ⁊ iuſticiã primuz nõ le
dendo. non tradas me.

Nico. ⁊ ne tradi me pmittas
calũniantibuſ me. i. de
monib⁹ mihi ſemp nocere q̃renti
bus. Valet enim ad dictũ auxiliũ
impetrãdũ obſequiũ deo p̃ſtitum
q̃d allegatur cũ dĩ. Suſcipe ſer
uũ tuũ in bonuz. ſ. p̃tectionis tue
vt pote bonus dñs ⁊ pionus. nõ
calũniẽtur ⁊ falſe accuſẽt me ſu
pbi. i. ſpũs maligni qui ſunt ſup
biſſimi. Vñ de dyabolo Job. xli°.
dicitur. Ipſe eſt rex ſup omnes fili
os ſuperbie. Oculi mei defecerũt
in ſalutare
tuum. Hugo. ⁊ i criſtuz.
Ac ſi dicẽt
Vt a morſibus calũniantiũ non le
dar: ſerpentẽ eneuz ⁊ xp̃m pro me
ſuſpenſum iceſſanter cõſidero: ſicut
Nume. xxi. p̃figuratũ eſt. ⁊ in elo
quiũ iuſticie tue ⁊ i verba euãge
lica ipſi⁹ xp̃i p quẽ iuſti efficimur
ſicut dicit Apo⁹. Juſtificati gratis
in ſanguine ipſius ſumus.

Nico. Fac cũ ſeruo tuo ſm
miſericordiã tuaz ſup
plendo defectũ meũ p tuã grãz. et
iuſtificatiões tuas doce me. vt poſ
ſim eaſ itellectu cape: ⁊ ope imple
re. Ad hoc allegat rõnez cum ſ̃bdit
Seruus tuus ego ſum ⁊ ideo te
neor implere mandatũ tuũ. q̃d nõ
poſſum: niſi itelligã ipſum. Ideo da
mihi itellectũ vt ſciam teſtimõia
tua ⁊ ſic adimplere valeaz ipſa.
Tempus faciendi dñe q̃ſi dicat
Non differas mihi itellectuz dare:
quia tẽpus eſt dandi. Cui⁹ cauſa
ſubditur. diſſipauerũt legẽ tuã
pverſe eã exponẽdo: vt iudei ⁊ here
tici. neq3 eã recipiẽdo vt pagani:
atq3 eã trãſgrediendo vt mali chri
ſtia
ni. Caſſ. Et q̃tum legẽ domi
diſſipauerat nephã
da p̃ſumptio: tantũ deuotus popu
lus ad mãdata eiuſ feſtmabat im
plenda: dicens. Ideo dilexi mã
data tua veraciter itellecta ſuper
aurum ⁊ topazion.

Jero. Sicut eniz aurũ cunctorũ
metallor̃ p̃cellit preciuz
ita topazius omniũ gẽmar̃ i ſe cõ
tinens pulchritudines: omniũ vin
cit honores. Et ideo fidelis p̃plus ſu
per hoc oĩa dei mandata diligit.

Caſ. Topazion vero ſic̃ quidã
ſcribere voluerũt genuſ eſt la
pidis: q̃ntũ inuẽtione rarũ: tantuz
mercatũ q̃ntitate p̃cioſuz. qui duoſ
fertur hẽre colores. vnũ aureũ pu
riſſimũ. et alterũ etherea claritate
relucentẽ. Lampat eniz cum ſolis
ſplendore paritẽ oĩm gẽmar̃ ſupe
rans p̃cioſiſſimaſ claritates. i aſpe
ctũ ſuũ ſingulariter p̃uocans ocu
lor̃ cupidiſſimã voluptatẽ. Quaz

ſi poſtire velis: obſcuritas . ſi nature
ꝓprie relinquas: irradiat. Decipiſis
regibꝰ eſſe fertur mirabilis: vt inter ſu
as diuitias nihil ſile poſſidere co
gnoſcant. Yſido. li°. ethimol. Inuē
ta eſt pͥmo in arabia inſula in qua
tragodite pͥdones fame et tēpeſta
te feſſi cū herbarū radices effode
rent: eruerūt. q̄ inſula poſtea q̄ſita
nebulis coopta: tandē a nauigan
tibus eſt inuēta. ſed ob hoc locus
a gēma nomen ex cauſa accepit.
Nam topazim iuxta tragoditarū
linguā habet ſignificationē querē
tis. Eſt autē ampliſſima gēmarū.

**Caſ.** de qua non ſunt multa di
cenda: ne qd ſcriptura di
cit eſſe contemptibile: nos deſidera
bile affectata laude faciamus.

**Augꝰ** Cum vero ipſa mādata
diligūtur ſup aurū et la
pidē precioſū multū: oīs pre ipſis
mandatis terrena vilis eſt merces
nec vlla ex pte q̄cunq; alia homis
bona comparantur his bonis qui
bus homo fit bonus.

**Hugo** Et ꝓpterea inq̄t: ſup au
rum et topazion. i. ſu
per omnes mūdi diuitias mādata
tua dilexi. **P** Roptrea ad oia mā
data tua dirigebar. vt ea ob cele
ſtem mercedē recta intentōe imple
rē. et pͣ ꝯſeq̄ns. omnē viā iniquā
videlicet ad peccatum deducentem
odio habui.

# Mirabilia te Phe.

Incipit capi. xvij. cui
ꝑponit lr̄a hebraica
xvij. viz Phe. q̄ interꝑtatur os apui.

**Nico** Deſcribēs enī ꝓpheta hꝰ
caplo vite cōtēplatiue
ſublimitatē apuit os ſuū: dicens.
**M**Irabilia. Circa qd ſciendū
q̄ aſcenſus ꝯtēplatiōis phice
incipit ab admiratōe: ſm q̄ dicit
pͥmo metaphiſice ꝓpter admirari
ceperūt hoīes philoſophari. Vidē
tes enī effectꝰ nature mirabiles vt
choruſcatōes: fulgura: terremotꝰ
et ſimilia: ceperūt cauſas pſcrutari
et ſic phari. Et eodē modo ad ſubli
mitatē theologice ꝯtēplationis ſā
cti doctores: vt Jeroꝰ. Augꝰ. et ſimi
les ceperūt aſcendē ex admiratiōe
q̄ videtes ſacras ſcripturas mira
biles: ꝯſidētes de diuino auxilio ea
rum intellectū ſanū inquirē cepert
et deo adiuuāte repperērūt. et q̄ntū
ad hoc dicitur. Mirabilia teſtimo
nia tua. i. mirabiles ſacre ſcpture.

**Jero** q̄ vidi in his aliud ꝓfer
ri: et aliud figurari. ideo
ſcrutata eſt ea anima mea.

**Nico** querendo earū itellectū
in tui adiutorij ꝯſidētia
Et q̄ vna ſcriptura itellecta aperit
viā ad aliā intelligēdam. Ido ſub
ditur. Declaratio ſmonū tuoꝝ
ſcriptoꝝ i lege et ꝓphetis illuminat
et itellectū dat. viz i euāgelijs vbi
ipſoꝝ ſmonū plena fit declaratio.
puulis. i. chriſtiāis: de quibus
dicit ſaluator Math. xi. Cōfiteor
tibi dn̄e pater celi et terre: q̄ abſcō
diſti hec a ſapiētibꝰ et prudentibꝰ
et reuelaſti ea puulis. Et q̄ cogni
tio veritatis excitat appetitū ad am
plius cognoſcendū. Ido ſubditur.

Os meū aperui⌋ .i. intellectū ex
tendi ad capiendū verbū dei: qd
eſt cibus anime. Vñ intellect⁹ dici
tur hic os aie: ſicut in aīalibus os
dr̄ illa pars corpis p quā cib⁹ ac
cipit⌊ & attraxi ſpm̄⌋ .ſ. intelligētie
quī datur deſiderātibus eū. Jdō ſb
ditur. ⌊q2 mādata tua deſiderabā⌋
ſcire & fac. **Hugo** Hic eſt argu
ere. mentum q
ppter deſideriū dat homi gratia. ex
hoc deſiderio accenſus ſubiungit.
Aſpice in me⌋ aſpcū p̄deſtinati
onis⌊ & miſerere mei⌋.
**Nico** eleuādo intellectū meū
ad capiendū veritatem
trāſcendētez itellect⁹ mei facultatē.
⌊ſcdm iudiciū diligētiū nomen tu
um⌋ .i. ſicut iuſte diſpoſuiſti dilige
tibus te facere. q2 ſicut dr̄ ſup. vij.
caplm celeſtis hierarch. Vbi co
gnitio foris ſtat dilectio itrat. Se
qui **Hugo** Greſſus me
tur. os⌋ .i. motus et
volūtates aie mee⌊ dirige ſc3 eloqū
tuū⌋ .ſ. vt recte viuā ſ̄m iuſſa q̄ p̄ci
pis⌊ & non dn̄et mei ois iniuſticia⌋
.i. pctm̄ p qd iniuria fit deo. et ideo
amittit heditas etna q̄ tenet ab eo
**Aug⁹** Quid ergo aliud orat:
niſi vt p̄cepta q̄ de⁹ im
ponit iubendo impleri faciat adiu
uando. ⌊ Redime me a calūnijs ho
minū⌋ .i. a falſis criminatoribus
quas mihi hoies imponūt.
**Hugo** ⌊vt cuſtodiā mād a
ta tua⌋ q̄ in litib⁹ et
cōtentionib⁹ non poſſunt cuſtodi
ri. Faciē tuā illu **Aug** .i. mai
mina ſup ſuū tuū⌋ feſta
ſbuemēdo tuā pn̄tiaz. & ⌊doce me⌋
p illuminationez gratie tue⌊ iuſtifi
cationes tuas⌋ vt faciā eas: quod
euidētius alibi legit. Doce me facē
volūtatē tuā. Recolens autē iſte do
lorem penitentie preuaricatiōis ſue
conſequētē ſubdit: dicens.
**Hugo** Exitus aquaz de
duxerūt oculi mei⌋ .v.
oculi mei p quos intrauit i me pec
catū corde iterius ɔtrito eduxerunt
lacrimas. ⌊q2 non cuſtodierūt le
gē tuā⌋ illecebras hui⁹ ſeculi attra
hen **Caſſ.** Dignū ergo eſt vt p
do. illos culpa mundet:
p q̄s & exceſſus admittitur.
**Jero.** Vera eſt eniz pnīa iugit
fletibus cōmiſſa diluere
& abluta non iterare.

## Juſtus es domine.

**Sade** Incipit. xviij. caplm
cui preponit lr̄a. xviij
.ſ. Sade: que interptat conſolatio:
q̄ recte poſt fletū ſequit. Vñ popu
pulus fidelis q̄ p fletū in ſe punit
peccatū deū: qui penitētibus veniā
pmittit iuſtū eſſe denūciās: ait.
Iuſtus es dn̄e⌋ qui peccato
res punis. ⌊et rectum iudici
um tu **Caſſ.** quo iubes peccato
um. res ſe affligere vt
eos tua debeat medicina ſaluare.
**Nico** Mandaſti iuſticiā⌋ .v.
p̄cepiſti⌊ legē tuā⌋ .ſ. iu
ſticiā ɔtinentē⌊ & teſtimonia tua⌋
in ipſa lege ɔtenta⌊ & veritatē tuā⌋
.i. veritatez legis tue⌊ nimis⌋ .i. val
de: ſupple cuſtodiri. Et quia dolet de

tranſgreſſorib⁹ legis. Ideo ſubdit
[Tabeſcere] i. liqueſieri [me fe
cit zelus meus] que; habeo circa
legem. ꝓpter hoc [quia obliti ſunt
verba tua inimici mei] facientes
contra ea; ac ſi eam pro nihilo re
putarent. Et omnes tales reputat
pſalmiſta inimicos ſuos. q̄ ſunt
aduerſarij veritatis. [Ignitum
eloquiu; tuum vehemēter] quo in
flāmat ad amorem diuinu;: q̄ pro
prie dicitur zelus eo ꝙ eſt amor
ſingularis [& ſeruus tuus dilexit
illud]. quia hoc ſciebat ad remedi
um humani generis attributum.
Sequitur vox populi chriſtiani. [
Adoleſcentulus ſum ego] reſpcū
populi qui p̄ceſſit a principio mū
di [& cōtemptus]. quia in eccleſia
primitiua fuit populus chriſtian⁹
multum afflictus et deſpectus a ty
rannis. [Iuſtificationes tuas non
ſum oblitus] quia ꝓpter contritio
nes & afflictiones quas ſuſtinuit a
fide catholica non receſſit. [Iuſti
cia tua iuſticia in eternum]. quia
iuſticia que eſt per fidem ducit ad
eternitatē beatitudinis. [& lex tua
veritas]. quia nullam poteſt conti
nere falſitate;. ꝓpter quod non ſo
lum dicitur vera: ſed etiam veritas
in abſtracto: ad denotandum veri
tatis puritatem. [Tribulatio et
anguſtia īuenerunt in me] in tyrā
norum pſecutōne. [mandata tua
meditatio mea eſt]. Meditatio eñi
legis diuine prebet cōſtantiam in
aduer- **Iero.** Na; q̄uis tribule
ſis. tur i penis: coarte
tur in vinculis. vox ſemp libera dei

mādata meditatē aſſidue [. Equi
tas teſtimonia tua in eternū].

**Nico.** Tantam enī; equitatē
ꝯtinent ꝙ nō ſolū dicā
tur equa in concreto: ſed equitas
in abſtracto. [intellectū da mihi]
ad cognoſcendu; ea & opere adim
plendum [& viua;] vita gratie in
p̄ñti: & vita glorie in futuro.

# Clamaui ī to

## Caph. Sequitē ca pi. xix.

**Hugo** cui preponitē. xix. lrā
Caph. que interp̄ta
tur confuſio. Vnde populus fidel
ne temptationibus concluſus ſuc
cumbat: ad dominu; aſſerit ſe cla
maſſe: dicens.

Clamaui ī toto corde]. hoc eſt
intellectu & affectu feruenter
& deuote. [exaudi me dñe].

**Cas.** In ſola enī; religioſa co
gitatione totus debet ſpi
ritus occupari: ne mens diuiſa ef
fectum nequeat impetrare quem
poſtu- **Aug⁹** Tunc porro in to
lat. to corde clamatē:
quādo aliūde nō cogitatur. Tales
orationes rare ſunt multis: crebre
paucis. Clamor qui fit ab homini
bus ad dominū: ſi ſonitu vocis cor
poralis fiat non intēto in deum cor
de: quis dubitet inaniter fieri. Si au
tem fiat corde: etiam ſilente corpis
voce: deum non latet. Siue ergo cū
voce carnis quādo id op⁹ eſt: ſiue
cum ſilentio ad deum oramus. cor
de clamandu; eſt. Cui autem rei ꝓ
ficiat iſte clamor ꝯſequenter decla

rat: di- **Hugo** Iuſtificatiões tuas ⌋ ⁊ mãdata tua que ſuos operatores iuſtificant. requi- ram ⌋. **Aug⁹** Ad hoc eniȝ clamauit in toto corde ſuo: ⁊ hoc ſibi deſiderãuit a dño exaudiente preſtari: vt iuſtificationes eius requirat.

**Hugo** Non ſolũ ad ſciendũ eas: ſed etiã ad ipãs opandũ: ⌊ Clamaui ad te ⌋. Repetitio clamoris nota ē magne deuotionis. ⌊ ſaluũ me fac ⌋ ſalute gratie in pñti ⌊ vt cuſtodiã mãdata tua ⌋ que conferũt vitam beatam. iuxta illud Math. xix. Si vis ad vitaȝ ĩngredi: ſerua mandata.

**Nico** ⌊ Preueni in maturitate ⁊ clamaui ⌋. q̃i dicat. Iſte clamor feſtĩn⁹ non ꝓcedit ex impetu paſſionis: ſed ex deliberatione rationis. ⌊ ⁊ in verba tua ſupſperaui ⌋ ⁊ plus q̃ in verbis alioꝝ quorũcunqȝ. qꝛ verba tua falſitatē non poſſunt cõtinere. ⌊ Preuenerunt oculi mei ⌋ ⁊ intellect⁹ ⁊ affect⁹ ⌊ ad te diluculo ⌋ ⁊ a tempe iuuentutis. ⌊ vt meditarer eloquia tua ⌋ que ſunt a tempe iuuentutis meditanda. Et qꝛ oratio taliũ debet exaudiri. Ideo ſubditur. ⌊ Vocem meã audi ſm miſericordiã tuã dñe ⌋.

**Caſſ.** Intelligam⁹ nihil preſumendũ eſſe ſi aliquid nobis p dei grãȝ ꝓſperitatis acciſerit: quãdo ille qui vincēs etatē puerilibus annis clamauit: dicēs. Vocē meã audi ſm miſericordiã tuam. Non habȝ q̃d cõtra pctã ſua confidenter obijciat: ſȝ illam tantũ miſericordiã petit que ex miſeris btõs facit: ex captiuis liberos: ex mortuis viuos: ex temporalib⁹ ſempiternos. Sequit̃. ⌊ ⁊ ſm iudiciũ tuuȝ ⌋ quo ſupplicantibus parcis: quo ſe damnantes clementer abſoluis. ⌊ viuifica me ⌋ lumine tue gratie q̃ mortuus ſum lege peccati.

**Hugo** Et poſſit aliquis querere. cur ita clamas. ⁊ Et reſdet. qꝛ ⌊ Appropinquerunt perſequentes me iniquitati ⌋.

**Nico.** ⁊ appropinquerũt mihi pſequētes me iniq̃. ⌊ ⁊ lege autem tua longe facti ſũt ⌋. que ꝓhibet pſecutioneȝ innocentium. ⌊ Prope es tu dñe ⌋ mihi tribulato ad me ſeruanduȝ ſm beneplacitũ tuũ ⌊ ⁊ omnes vie tue veritas ⌋ ac ſi dicat. Siue dimittas me in tribulatione: ſiue liberes: totuȝ facis iuſte. Deus aliquãdo ſuo iuſto iudicio pmittit innocentes tribulari ad augmentuȝ ſui meriti: ſicut patet de ſancto Iob ⁊ alijs.

**Aug⁹** Queri autē põt quō hic dictum ſit Om̃es vie tue veritas. cum in alio pſ. legit̃ Vniuerſe vie dñi: miſericordia et veritas. qꝛ ⁊ in iudicando ſubuenit atqȝ ita non deeſt miſericordia: ⁊ miſerando id exhibet q̃d ꝓmiſit ne veritas deſit. Erga omnes autē ⁊ q̃s liberat ⁊ quos damnat: om̃es vie dñi miſericordia et veritas. qꝛ vbi non miſeretur: vindicte veritas exhibet̃. Multos quippe imeritos liberat. imerituȝ aũt neminē dãnat. Sequitur. ⌊ Initio ⌋ ab illo. ſ. tēpore quo īcepi teſtimõia tua ītelligē

**Hugo** [cognoui de teſtimo niis tuis] quib⁹ iuſti ficatus es te daturum bonis premi um: et malis ſupplicium.

**Aug⁹** [q̄ in eternū fundaſti ea]. q̄ id qđ p ea dn̄s ꝓmiſit eternū erit: ſicut Mat. xxv. ſaluator docuit. Ibunt in ignē eter nū: iuſti autē in vitā eternā.

# V Ide hūilita tē. Sequit̄ capi tulū. xx.

**Ambi** cui ꝑponitur lr̄a. xx. ſ. Res q̄ iterꝑtat̄ ꝑmat⁹ Ille eniz apud deū obtinet prima tum qui hūilis eſt. qm̄ qui ſe hūi liat exaltabit̄. Vn̄ ꝓplus ſidel ab hūilitate oīonē ſuā icipiēs: ait.

**Hugo** Ide humilitatez meam] qua cla mo ad te [et] p grām tuam [eripe me] de periculo mortis eterne. [q̄ legē tuam non ſum oblitus].

**Aug⁹** Hoc loco nullā dei legez ꝯueniēti⁹ intelligimus: niſi Omis q̄ ſe exaltat hūiliabit̄. et qui ſe humiliat: exaltabitur.

**Hugo** [I Vdica iudicium meū] i. da ſniaz đ cau ſa mea quā habeo ꝯtra dyabolūz. [et redime me] a vexatōe eius mi ſta. [ꝓpt̄ eloquiū tuū viuifica me] vita gratie in pn̄ti. [L Onge] ſup ple eſt [a pc̄tōrib⁹] q̄ peccandi ha bēt ꝯſuetudīnē [ſalus] tam gratie q̄ glorie. q̄ dator vtriuſq; ſalutis diuiſus ab eis eſt ꝓpter multitudi nem pc̄tōꝝ. Vn̄ yſa. lix. Iniq̄tates vr̄e diuiſerūt int̄ vos et deū veſtrū Et merito elongata eſt a pc̄tōrib⁹ ſalus. [q̄ iuſtificationes tuas] i. mandata tua quib⁹ deberent iuſti ficari [non exquiſierunt] ad opan dum. Et ſi ſcd̄m iuſticiā longe ſit ſa lus a pc̄tōrib⁹: tn̄ ſcd̄m miſericordiā ꝓpe eſt. Vnde ſequit̄. [M Iſericor die tue multe]. q̄ multis et multo ciens et diuerſis modis miſereris [ſcd̄m iudicium tuum] in quo pre ſenti parcis peccantibus.

**Nico** [viuifica me] p augmē tuz tue gratie. cui⁹ neceſ ſitatē ſubdit. [M Vlti] ſupple ſunt [q̄ pſequūtur me] taz demones q̄ peruerſi hoīes [et tribulant me].

**Hugo** q̄ caro: mūdus: et de monia multa mouēt ꝯtria aduerſus ſpm̄ populi fidelis. [a teſtimoniis tuis nō declinaui] i. obſeruantia mandatoꝝ tuoꝝ.

**Nico** [V Idi ꝑuaricātes] i. impios legē tuaz tranſ gredientes [et tabeſcebam] i. lacri mis flebā. Vn̄ trāſlatio hebraica hz: merebaz. Sequit̄. [q̄ eloquia tua non cuſtodierunt]. Sicut eniz ad virtuoſum ptinet letari de obſ uatione diuīe legis: ita ad vitioſuz ptinet triſtari de eius tranſgreſſio ne. non ſolū in ſe: ſ; etiā in aliis. Et q̄ hoc eſt meritoriū augmēti gra tie. Ideo ſubditur. [V Ide qm̄ dile xi mandata tua dn̄e]. zelans p eis in me et i aliis. [i miſericordia tua viuifica me] p augmentuz gratie ꝓcedēs ex tua mīa et libertate.

**Aug⁹** P Rincipiū verborum tuorum veritas] i. a ve ritate ꝓcedunt verba tua. et ideo ve

racia ſunt: ꝛ neminem fallunt quibus p̄nunciatur vita iuſto: et pena impio.

**Hugo** Sicut em̄ ꝓmittis: ita fit. ꝛ ſic p̄dicis: ita euenit. [qm̄ in eternū oīa iudicia iuſticie tue]. qꝛ ſn̄a dei in extremo iudicio de gloria bonorū ꝛ pena reprobor̄ ſtabit in eternum: ſm̄ qꝫ dr̄ Math. xxv°. Ibunt hi in ignē eternū: iuſti autem in vitam eternam.

# PRincipes p

**Ben.** Sequit̄ capitul̄. xx i. cui p̄ponit̄ lr̄a. xxi. ſ. Sen. q̄ interp̄taẗ ſup vuln⁹: p qđ intelligit̄ tribulatio: de qua ſubdit: dicens. [

PRincipes pſecuti me gratis.

**Nico.** ꝛ demones de quibus dr̄ ad Eph. vi. Non eſt nobis colluctatio adūſus carnem et ſanguinē: ſed aduerſus p̄ncipes ꝛ ptātes tenebrarum harū cōtra ſpūalia nequicie. [et a verbis tuis formidauit cor meū]. qꝛ homo q̄ntūcūqꝫ iuſtus timore cōcutit̄: ne fiat trāſgreſſor legis d̄me. ſꝫ ad vtrūqꝫ ɔtēplatio affert ſolacium. Ideo ſubditur.

**Hugo** [Letabor ego] inter tēptatōes ꝛ pſecutiones [ſup eloquia tua] meditando ipſa: ac me cōſolantia: ac mihi coronā ſi vicero ꝓmittentia. [ſicut q̄ inuenit ſpolia multa].

**Nico.** Cui⁹ gaudiū duplicatur. ſ. de obtētu victorie ꝛ de prede magnitudine. Sic ɔtemplatiu⁹ delectat̄ de victoria ɔtra hoſtes quā hꝫ i ſpe. ꝛ p ɔſeq̄ns de obtentu glorie future. qꝛ ſpes eſt certa expectatio future bt̄itudinis. Et qꝛ amor vni⁹ cōtrarij inducit odiū alteri⁹: ꝛ ecōuerſo. Ideo ſubdit. [

INiquitatē odio habui ꝛ abhominat⁹ ſum] tanq̄ qđ vile. [legē autē tuā dilexi] tanq̄ quid vtile et honorabile eā iugiter meditando. Et qꝛ ex hoc ꝓrūpit homo in laudē dei. Ideo ſubditur. [Septies i die laudē dixi tibi] in ſeptē horis canonicis. [ſup iudicia iuſticie tue] oſtēdo oia opa tua iuſta: q̄ ſunt quedam executiones iuſticie tue latentis in tua mente.

**Hugo** Nos enī religioſis ē ſeptiēs dn̄o decātare laudes. Primo viꝫ laudes matutinales ſūmo diluculo: in memoria dn̄ice reſurrectionis: q̄ fuit valde mane. Poſtea primā. qꝛ tūc xp̄us tradit⁹ fuit pilato. Deinde terciā. qꝛ tūc iudei clamauerūt. Crucifigat̄. Poſtea ſextam. qꝛ tunc fuit cruci ɔclauat⁹. Deinde nonā. quia tūc expirauit. Poſtea veſpas. quia tūc poſit⁹ fuit d̄ cruce. Poſtremo ɔpletoriū. qꝛ tūc ſepultus fuit.

**Collect.** Sicqꝫ i memoriā dn̄ice paſſionis et humane redemptōis ab eccleſia ſepties dn̄o laudes pſoluūtur. Et quia vita cōtemplatiua eſt quieta reſpectu actiue q̄ habꝫ laborem ānexū. Ideo ſubditur. [PAx multa] que cōſiſtit in puritate ɔſciencie eſt [diligētibus legē tuam] quia ex tali dilectione

**Nic.** ingiter meditantur ſacrā ſcripturā. [ꝛ nō eſt illis ſcādalū].

q̄ tanta occaſio ruendi in peccatū
ſicut actiuiſ qui frequēter hn̄t ma
teriā tribulationis. ꝓpter qđ dn̄s
dixit Lu. x. Martha martha ſolli
cita es ⁊ turbaris erga plurima.
Et ſequit̄. Maria optimā ptē ele
git Et qꝛ vita ↄtēplatiua perficit̄ in
patria. Jdeo ſubditur. Expecta
bam ſalutare tuū dn̄e ⁊ claritatē
viſionis tue ⁊ fruitōis eterne. Et qꝛ
ad hoc puenitur p obſeruātiā mā
datorum dei: ſm dictū ſaluatoris
Math. xix. Si vis ad vitam ingre
di ſerua mādata. Jdeo ſubdit. Et
mandata tua dilexi ea diligenter
obſeruando: per que ſalus acquirit̄
eterna. Vnde puerb. iij. Precepta
mea cor tuū cuſtodiat. longitudi
nē enī dierū ⁊ ānos vite ⁊ pacem
apponēt tibi. Et ideo Cuſtodiuit
aīa mea teſtimonia tua ⁊ ſacras
ſcripturas p iugē memoriā in cor
de: ⁊ p efficientiā in opatōe. Et di
lexit ea vehementer corde ⁊ opere
Seruaui mandata tua de deo ⁊
pximo diligēdo. In quib⁹ duob⁹
tota lex pendet ⁊ ꝓphete Mat. xxij.
qꝛ ad ipſa oīa alia mādata reduci
tur. Et ſit̄r dilexi teſtimōia tua
⁊ ſacra eloquia ſcripturarū.

**Nico.** Cui⁹ cauſā obſuatiōis
ſubdit. Qꝛ omnes vie
mee in ↄſpectu tuo ⁊ oīa facta: di
cta: ⁊ cogitata mea patēt ↄſpectui
tuo. qꝛ monēt hoīem ad tue legis
obſuantiā. ꝓpter qđ dicit Boeci⁹
v. de cōſolatiōe. O viri magna eſt
vobis indicta neceſſitas ꝓbitatis
ſi diſſimulare non vultis: qm̄ agi
tis ante oculos iudicis cūcta cerne
tis ⁊ ↄtēplantis. Vnde puerb. xvi
Oēs vie hoīm patēt ocul' eius.

# A Ppropinq.
deprecatio me. in con.

**Thau.** Sequitur capitulū
vicesimūſecundū.

**Hugo** cui preponit̄ lrā vlti
ma videlȝ Thau. q̄ i
terp̄tat̄ errauit. Popul⁹ itaqȝ fide
lis q̄ olim errauit: modo ſe appro
pinquare deo fatetur: dicēs.

**Hugo** A Ppropinquet
dep̄catio mea i
ↄſpectu tuo dn̄e ⁊ oratio mea que
fit in ↄſpectu tuo dn̄e appropiquet
tibi Juxta eloquiū tuū ⁊ ſcđm p
miſſū tuū. Da mihi intellectū ſic
i alio pſ. dixiſti. Intellectū tibi da
bo ⁊ inſtruam te in via.

**Jero.** Ac ſi dicat. Proximam ti
